AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 7, pseudo original visigótico, posiblemente del siglo XIII (B).

MBAH, *Colección Abbad y Lasierra*, XII, fac-símil (B').

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, III, 8-9.

[Crismón.] *In Dei nomine et eius divina clemencia, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Hec est carta donacionis et oblacionis quam ego Garsia Semenonis, rex Pampilonensium, et uxor mea dompna Tota, una cum comite Gallindone de Aragon, facio Deo et beato Iohanni Babtista que de Penna dicitur et abbati Aquilino et monachis ibi Deo servientibus in perpetuum, de illo meo monasteriolo Sancti Martini de Ciella, cum tota villa de Ciella, hominibus et feminis, cum decimis, primiciis et oblacionibus suis, et cum omnibus terminis suis, videlicet de Penniella cerro cerro ad podium, et inde ad Sanctum Christoforum de Ciella, ex hinc ad podium de Cabanyas, et inde a las Lacunas, et hinc*

al Achyar de Cornual¹ et inde ad podium de Forcala² [et] ex hinc ad Pinnam Rotundam, et hinc ad Boçum, et inde ad Beral, et inde transit Rivum siccum ad Pinnam hominis, ex hinc ad serram et inde cerro cerro ad Sanctum Thomam, et inde ad Sanctum Christoforum, et ex hinc ad Beral.

Et similiter addo huic meo donativo illum terminum et illo monte qui vocatur Bubalo usque ad illum rivum de Torrente, et alio monte que vocatur Secure de Castellon, quomodo aqua vertit usque ad sumum Forcala, et Sardaso et Fonte lata, et illa pardina Lacuniella, et descendit illo termino ad illa fosca pro medio Opaquiello usque in Beral; et illa pardina que dicitur Sarrensa, et alia que vocatur Buxite, et est alio termino de illa parte aque vocatur Forcos, et de Rivo sicco usque ad sumum Spinula, et de illa Osca usque ad casa Corben, et inde dorsum dorsum usque in Beral.

Et dederunt illa estiva que vocatur Tor-

1 Achyar de Cornual, escritos de mano posterior (s. XIV o XV), sobre raspado.

2 La terminación cala está escrita por otra mano, sobre raspado.

tella. Affrontat cum aqua termino de Echo, et ex alia parte cum osca del Achyar.

Et tunc Berale villa fuerat pardina cubile de dompno Martino, et Gallindus Asnarii fecerat ibi populacionem et ecclesiam Sancti Iohanni Evangeliste sine sua voluntate, et fuerunt in contencione in presencia dicti domini regis, et dictus dominus rex cum voluntate sua dedit predictam populacionem et ecclesiam cum decimis, primiciis et oblacionibus predicto monasteriolo Sancti Martini de Ciella et de cenobio Sancti Iohannis in perpetuum, et dedit habitatoribus de illa populacione terminos, scilicet Forcos et Fonte lata et Arba et illo Coscullare usque ad Petra ficta, et inde usque ad sumum Forcala.

Et voluntate et precepto dicti domini regis el Soriello de Cabayas obtulit predicto monasteriolo Sancti Martini de Ciella ecclesiam Sancti Bartholomei de Beral, et pardinam de Aranna cum decimis et primiciis et terminis suis, scilicet de la Peniella a iuso, segunt vadit Beral usque ad rivum de Ordin, et inde a las gleras, et hinc al corrale de los navarros, et inde ad corona de hostes, et inde usque gini-perum fictum in Pinna, et inde ad ballatum

Lorielo, et hinc ad podium de Garcihuala, et inde ad Sanctum Salvatorem³ de Ciella.

Si quis autem de filiis vel nepotibus meis vel successoribus meis hanc meam donationem disrumpere atemptaverit, anathema sit, et iram et maledictionem Dei omnipotentis incurrat, et cum Iuda traditore et cum omnibus impiis partem habeat, et cum Datam et Abiron, quos terra vivos absorbit. Amen, amen, amen.

Facta carta in Sancto Iohanne, nonis augusti, era T.^a II.^a, regnante me rege Garsia Semenonis in Pampilona, comite Galindone in Aragon, episcopus Stephanus in Iacca, abbas Aquilino in Sancto Iohanne, senior Gallin Sanz in Atares, senior Ferriz in Grossin, Abderamen in Osca, Muça in Çaragoça.

Signum Garsias Semenonis regis [signo].

Ego Umbertus scribe iussu domini mei regis et aliorum predictorum dominorum hanc cartam propria mea [sic] scripsi et hoc signum [signo] feci.

³ Salvatorem, de letra posterior (s. XIV o XV), sobre raspado.

Sancho Garcés II Abarca y la reina Urraca confirman la donación de la villa de Badaguás, hecha por don Sancho, señor de Atarés, al monasterio de San Juan.

AHN, San Juan de la Peña, carp. 695, núm. 10, copia carolina siglo XII (B).

AHN, San Juan de la Peña, carp. 695, núm. 9, copia carolina siglo XIII (C).

AHN, San Juan de la Peña, carp. 695, núm. 12, letra pseudo visigótica (D).

Ed. MAGALLÓN, Colección diplomática, núm. XIV (b), con fecha 981.

Ed. MAGALLÓN, Colección diplomática, núm. XV (c-d), con fecha 986.

¹ Sicut in sanctis Scripturis videmus², capud et fundamentum nostre³ salutis in sacramento sancte ecclesie sunt⁴, et nullus postest esse salvus sine adiutorio et sustentamento

1 [Crisión.] In nomine sancte Trinitatis [Trinitates, D], Patris et Filii et Spiritus Sancti [amen, add, C]. Hec est carta donacionis et confirmacionis quam facio ego Sancius rex Avarcha, gratia Dei Aragonensium sive Pampilonensium, una cum coniuge mea Urracha regina Deo et Sancto Iohanni de Pinna, add. CD.

2 invenimus, CD.

3 nostre, om. D.

4 ecclesie) consistunt (et nullus, CD).

eius⁵, unde nominatur per nomen matris, quod sicut mater lacte nutrit suos filios, ita ipsa⁶ omnes fideles nutrit⁷ de suis sacramentis et suis ministeriis, et ducit eos ad gaudia paradisi⁸.

Proinde ego Sancius⁹ rex gratia Deo, cognomento Avarca, et Urraca regina, cupimus¹⁰ quod omnes fideles sciant tam¹¹ illi qui modo sunt, quam illi qui postea erunt, qualiter nos pro salute¹² et remedio animarum nostrarum et pro salute omnium christianorum ad monasterium sanctissimi baptiste Christi Iohannis damus et confirmamus villa¹³ que dicitur Badaguasse¹⁴, cum illa pardina que vocatur

5 eius) (quia sicut mater nutrit suos filios, omittendo lo restante CD.

6 sancta ecclesia, add. CD.

7 nutrit) in Christo (et ducit eos ad gaudia, CD.

8 amen, add. C.

9 Sancius) Avarca, gratia Dei rex (et Urraca, CD.

10 volumus, CD.

11 tam) presentibus quam futuris (qualiter nos pro salute, CD.

12 nostra, add. C.

13 nostram, add. C.

14 Badaguasse.) ut integre et ingenue et libere eam perpetim possideat cum suis terminis, cum exitibus et introitis, montibus, fontibus, pratis, pascuis vel paludibus, cum leztis cum coloniis, cum cursibus aquarum et cum omnibus iuribus ad ius regale perti-

Larrasun¹⁵, quam comparavit ille domno Sancius qui fuit maior de Atares, et posuit eam ad Sanctum Iohannes pro anima sua¹⁶.

Nos confirmamus ego Sancius rex et Urraca regina.

Facta est autem hec donatio et confirmatio in era M.^a X. VIII.^a¹⁷. Et sunt testes senior Fortunio¹⁸ Sangiz, maiore qui est in Cacabello, et abbas domnus Trasimirus in Sancti Iohannes, et illo maiore domnus Sancius in Atares, episcopus domnus Oriolus in Aragonie.

mentibus vel pertinere debentibus [totam ab integro, add. C]. Etiam confirmamus nos Sancius rex [Avarca, add. C] et Urraca regina (illam pardinam que dicitur Larrasun, add. CD.

15 Larrasun) et Herala et illa Favosa, totam ab integro, sine ullo retentu; et illa Favosa tenet de illo fons de illa Favosa, sicut [secundum, C] tenet illum serratum qui dicitur de Azin [Atzin, C] (quam comparavit dompnus Sancius, add. CD.

16 sua) et pro salute omnium fidelium defunctorum, add. CD. Nos confirmamus ego Sancius rex et Urraca regina, om. CD.

17 in T. M. XX. III, D.

18 Fortunius) Exemenons [Xemenons, D] comes de Atares, et Blasius [Basilius, C] episcopus Pampilonensis, Oriolus episcopus Aragonensis, et senior Fortunio Sangez maiore qui est in Cacabello, et senior Lope Gonzalez in Naiera. Sig [signo] num Sancii regis. Ego Garsias Sancii regis filius laudo et confirmo et manu mea hoc sig[signo]num facio, add. CD.

Ego Umbertus scriptor iussione domini mei regis Sancii hanc cartam scripsi et de¹⁹ manu mea hoc sig[signo]num feci²⁰.

19 de, om. D.

20 B omite esta cláusula, desde Ego Umbertus hasta el final.

983 enero 1

22

Sancho Garcés II Abarca, su esposa Urraca e hijos, donan la villa de Badaguás a don Sancho de Atarés.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 11, letra pseudo visigótica, imitando la factura y distribución de un documento original, mal conservado (B).

Ed. MACALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 18, p. 69-70.

Sub nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est carta donationis que fieri iussimus ego Sanctio principem, una cum coniuge mea Urraca et filios nostros Garsea et Ranemiro una cum Gundesabo, vobis venivolentem nostrum domino Santio, presbiter Ataresense. Ideoque propter servicios multos et bonos que

servistis nobis et fidem sive caritatem qui abeatis a parte nostra, concedimus vobis villa in territorio Ataresensem, nomine Badagues, ut abeatis eam a nobis concessam iure perpetuo, tam in vita vestra quam et post obitum vestrum, ubi vos eam tradideritis pro anima vestra, ut serviat in ipso monasterio iure perpetuo, ita ut vos abeatis ante [manchado de humedad] ex inde gratissimam retributionem et nos vobiscum obtatam ex facinoribus nostris remissionem.

Si quis aliquis ex generatione nostra vel qualivet subrogata persona vobis aut ubi vos eam tradideritis, inquietare voluerit, et hanc cartam donationis vel traditionis disrumpere tentaverit, sit anathematus anathema maranata, et a cetu ecclesie exclusus, demumque post huius vite cum Iuda traditore in interitu abeat portionem lugiturum cum diabolum, in secula seculorum absque finem.

Facta cartula traditionis vel confirmationis sub era T.^a XXI.^a, die notum ipsas kalendas ianuaras, regnante domino Santio rex in Pampilona sive in Aragone unatim cum Alaba.

Ego Sanctio princeps, una cum uxor mea et fidelis meis supradictis, qui hanc cartam donationis fieri iussimus et relegendem audi-

bimus et confirmatoribus sive testibus tradimus ad rovorandum. [Columna a] *Ego Sanctio sub Christi imperio princeps confirmans, Garsea Fredenandiz sub Christi potentia confirmans, Urraka sub Christi ausilio cognomento regina confirmans, Garsea Sanctioni in Christi virtute regulus confirmans, Ramiri Santionis in Christi nomen regulus confirmans, Gundesalbo Santionis in Christi gratia regulus confirmans, Benedictus in Christi benedictione Nagerensis episcopus confirmans, Oriolus in Christi auxilio auxili Aragonensis episcopus confirmans, Iulianus in Christi gratia Pampilonensis episcopus confirmans, Bigila abba sive doctor Albeldensis confirmans.*

[Columna b.] *Eximino Santionis confirmans, Enneco Santionis confirmans, Eximino Fortunionis confirmans, Dato Galindonis confirmans, Asinari Mantionis confirmans, Asinarius abba confirmans, Galindus abba confirmans, Trasemirus abba confirmans, Bancius abba confirmans, Eximino abba confirmans.*

[Columna c.] *Lope Sanzoiz maiordomo hic testis, Enneco vutiliario testis, Didaco caballarizo testis, Belaco Santiones testis, Fortuni Garzeiz testis, Lope Garzeiz testis, Fortuni Garzeiz testis, Asinari Santioni testis, Fortu-*

nus abba testis, Fortunius abba testis [sic], *Galindus presbiter testis, Atus presbiter testis.*

[Columna d.] *Et ego Ciscla, presbiter nonnus, una cum omnes presbiteros sive omnem togam patatii domino Santio rex testibus.*

987

23

Sancho Garcés II Abarca dona al monasterio de San Juan la villa de Alastuey con sus términos y derechos.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 15, copia pseudo visigótica (B).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 14, copia pseudo visigótica, tomada de B¹ (C).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 13, copia carolina siglo XII-XIII (D).

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 17, p. 62-63.

[Crismón.] *Sicut et sacris² divina eruditionibus didicimus³ humane salutis originem et*

1 Es copia literal de B.

2 sacris) scripturarum (eruditionibus, D.

3 didiscimus, B.

fundamentum generaliter in⁴ sancta ecclesia consistet. Nec possibile est quamquam salvari et absque salvatoribus sacramentorum vel eius sacramentos. Unde et matris onomate designatur quod ceu mater filios, ita ipsa omnes orthodoxos lacte⁵ sacramentorum meritis ad perpetue salvationis gaudia perducit⁶. Ipsi precipue salus⁷ in nititur, nam in ipsa tocus christianitatis ordo geritur atque fundatur⁸. Nemo enim potest Deo placere qui sponsus eius est, nisi sponsam Dei ecclesiam digna reverencia honorificet. Ergo⁹ cum omnium salus in sancta ecclesia ut predictum est consistit, dignum est ut eam omnes summopere

4 in) sancte matris ecclesie sacramento consistere novimus, nec aliquo modo posse aliquem salvari nisi fulcimento et subsidio eiusdem (unde et matris onomate, *add. D.*

5 suorum sacramentorum et cultu ministeriorum ac observatione cerimoniarum (meritos, *add. D.*

6 perducit.) In ipsa (precipue, *D.*

7 salus omnium (nititur, *D.*

8 fundatur.) Hec est ergo celestis illa Iherusalem de qua dicitur "Vidi civitatem sanctam Iherusalem novam descendentem de celo a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo". Hec est de qua vidit Iacob angelos descendentes et ascendentes per scalam, et dixit "Terribilis est locus iste, hec domus Dei est et portas celi et vocabitur aula Dei", *add. D.*

9 ergo) dum salus omnium per sanctam Dei ecclesiam operetur (dignum est ut, *add. D.*

honorificemus, muneribus ditemus, terrarum donatione amplificemus omnis generis dignitatum¹⁰ ornemus, ut per huius quas in terris est¹¹ servitii exhibitionem in illa celesti possideamus hereditatem¹².

Proinde ego Sancius rex gratia Dei cognomento Avarcha fatio una cum uxure mea donna¹³ Urracha regina¹⁴, offero et dono Deo et altario Sancti Iohannis et¹⁵ fratribus ibidem Deo servientibus villam de Alastue¹⁶, cum omnibus terminis suis, de quibus terminis ad privilegium et donationem corroborandam in perpetuum mentio fieri iussimus. Id est de la cova Gallons sicut vadit serra serra et exiit a

10 dignitatibus, *D.*

11 quas in terris est, *om. D.*

12 cum sanctis, *add. D.*

13 fatio una cum uxure mea donna, *om. D.*

14 regina,) notum fieri cupimus omnibus nostris fidelibus cunctisque orthodoxis atque catholicis viris presentibus, scilicet et futuris, qualiter nos, pro saluter et remedio animarum nostrarum et pro salute omnium christianorum ad monasterium sanctissimi martiris Christi (Iohannis, *add. D.*

15 omnibus, *add. D.*, que *om.* fratribus.

16 Alastue,) cum leztis, cum caloniis, cum curibus aquarum et cum omnibus iuribus a ius regale pertinentibus vel pertinere debentibus et (cum omnibus, *add. D.*

3 chastellon de lo Burbulo¹⁷, et de castellon de
 lo Burbulo¹⁷ exiit usque ad collato de Sancti
 6 Torquati, et de collato Sancti Torquati usque
 a puyazuelo de los Kadilons, et del poyo de
 los Kadilons vadit directum a la raylla que
 9 est ad capud del campo de Spinalvo, et vadit
 serra serra usque ad caput del mont de Poyo,
 et de capud del mont de Poyo serra serra exiit
 12 a vallat Aruevo, et de vallat Aruevo usque ad
 capud del mont de Paternue, sicut aqua vertit
 et exiit directum al fronton del salto, et de
 15 fronton del salto usque al sarrato de Barmi-
 lera, et de Barmilera sicut vadit al poyo
 del cabo del mont de Arbos¹⁸, et del cabo
 del mont de Arbos exiit¹⁹ a la fuente de los
 Bayos, et de la fuent de los Bayos usque al
 serrato Valliellas, et del serrato Valliellas exiit
 18 serra serra usque ad Sancta Eulalia de Sporret,
 et de Sancta Eulalia a la penna rotunda, et
 21 exiit directum usque ad collato de Avetito, et
 del collato de Avetito serra serra usque ad
 capud del Solano, et vadit serra serra sicut
 aqua vertit a la cova que vocatur Gallons²⁰.

17 Borbulo, C; castheylon de Burbuylo, D.

18 Arbues, D.

19 Arbues. D, que om. exiit.

20 Aquí acaba B, que omite toda la interpola-
ción siguiente.

Tali tenore constabilimus, ut si quis de filiis vel successoribus nostris in supradicto monasterio augmentare potuerit, valeat. Amen.

Si vero, quod fieri non credimus, tante presumptionis fuerit, ut aliquam violentiam seu contradiccionem voluerit inferre, iram Dei omnipotentis et sancti Iohannis et omnium sanctorum Dei incurrat, et maledictionem perpetuam habeat, et fiat de eo sicut dicit psalmista "qui possident hereditatem sanctuarium Dei, Deus meus, pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti" (Ps., 82, 14).

Ego Sancius rex, qui hanc cartam donationis et confirmationis fieri iussi, manu mea roboravi et confirmavit²¹. Similiter feci confirmare filio meo Garsea. Signum Sancii regis [signo]. Ego Garsias, Sancii regis filius, laudo et confirmo et propria manu hoc signum [signo] facio.

Facta carta era T.^a XX.^a V.^a, regnante me rege Sancio in Navarra et in Aragona et in Nagera et usque ad mont d'Ocha. Et sunt testes et visores Basilius episcopus Pampilonensis testis et confirmans, Oriolus episcopus Aragonensis testis et confirmans, et abba

21 et confirmavit, om. C.

dompnus Trasimirus²² testis et confirmans, senior Sancio comes en Atares testis et confirmans, senior Fortun Sanz testis et confirmans, senior Semeno Enecons testis et confirmans, senior Ennecho Gonzalvez testis et confirmans, senior Lope Xemenons testis et confirmans.

Ego Umbertus scriptor iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [signo] feci.

22 Sancti Iohannis, *add. D.*

987

24

Sancho Garcés II Abarca y la reina Urraca conceden al monasterio de San Juan la casa de San Pedro de Fuebas con sus términos.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 3 v.^o-4, copia siglos XI-XII (B).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 17, copia siglo XVI, tomada de B (C).

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 22, p. 81.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est scedula quam feci ego Santius, gratia Dei rex, una cum coniuge mea regina domina Urraca. Previdentes extremitatem dierum nostrorum expavescentes que geennam desiderantesque celica regna adhibuimus ad locum Sancti Iohannis, ubi est spes et fiducia nostra, unum domicilium qui vocitatur Sancti Petri de Fuevas, et constituimus illi terminum in silvis ac montibus et aquis et pascuis et molendinis cum suos cannares, et terminavimus terminum eius et posuimus suas bogas ex omni parte, unam super illum pelagum qui nominatur Burburki usque ad cacuminem montis, et in alia parte de illum pelagum Burburki usque ad alium pelagum de Insuas, ubi est suo cannare de Sancti Petri, ubi cadet illa ribula de Tolosana, et in Agoniano uno molino, et de alia parte de Sancti Petri termino de illum ribulum qui venit circa Tolosana, et cadet in alium ribulum, ubi est illa boga; et de partes de sole, illa pinna maiore: ipsa est alia boga; et de illo loco usque ad illum iuniperum qui est super illa via, alia boga; et de illum iuniperum usque ad sumum montem.

Et sunt testes senior Fortunio Sangiz, maiore qui est in Cacabello, et abbas domnus

Trasmirus in Sancti Iohannes, et in Atares illo maiore domnus Sancius, episcopus dominus Oriolus in Aragone.

Era M. XX.^a V.^a 1.

1 La fecha es de otra mano posterior en B, quedando cortada. Sólo copia Era M, XX.^a.

C utilizó a B antes de ser encuadernado y copió Era M. XX.^a V.^a.

989

25

Sancho Garcés II Abarca y la reina Urraca donan al monasterio de San Juan un palacio en Arinzana, unas viñas y un campo.

FDZ. Libro Gótico, fol. 16 v.^o-17, copia siglo XI (B).

AHN, San Juan de la Peña, carp. 695, núm. 16, copia siglo XII (C).

Ed. MAGALLÓN, Colección diplomática, núm. 20, p. 76-77.

Ob metu mortis et inferni et desiderium patrie celestis, ego Sancius rex, una cum voluntate coniugis mee Urraka regina, promptissima voluntate concedimus ad cenobio Sancti

Iohannis¹, pro remedio animarum nostrarum, unum palacium in Arginzana, cum omni presentatione sua, terras et vineas. Et in Nagera et in Ventosa vineas² iure perpetuo possideatur a supradicto cenobio³ usque in seculum.

Si quis hec intrumpere voluerit donationis pagina, sit extraneus a consorcio sanctorum et cum Iuda traditore habeat porcionem in secula⁴.

Et in Valles terras et ortos cum arboribus et pomiferis, et inter Alasanco et Azofra unum campum ex decem modiis sementem.

Facta⁵ carta donationis in era millessima XX.^a VII.^a.

1 de Pinna, *add.* C.

2 ut omnia supra scripta, *add.* C.

3 cenobio) per infinita secula, C.

4 C invierte el orden de esta cláusula y la siguiente.

5 B omite la fecha.

989

26

Sancho Garcés II Abarca y la reina Urraca donan y confirman al monasterio de San Juan diversas villas, iglesias y posesiones.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 2 v.^o-3 v.^o, copia siglos XI-XII (B).

FDZ, *Libro de San Voto*, fol. 8-8 v.^o, copia siglo XIII (c).

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 23, p. 82-84 (b).

Sicut ex sacris scripturarum eruditionibus didicimus, humane salutis originem et fundamentum generaliter in sancte matris ecclesie sacramento consistere novimus, nec alicomodo posse aliquem salvari nisi fulcimento et subsidio eiusdem, unde et matris onomate designatur, quod ceu mater filios, ita ipsa omnes orthodoxos lacte suorum sacramentorum et cultu ministeriorum ac observatione ceremoniarum nutritos ad perpetue salvationis gaudia perducit. In ipsa precipue salus omnium nititur, nam in ipsa totius christianitatis ordo geritur atque fundatur. Hec est ergo celestis illa Iherusalem de qua dicitur "Vidi civitatem sanctam Iherusalem novam descendentem de celo a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo" (Apoc., 21, 2). Hec est de qua vidit Iacob angelos descendentes et ascendentes per escalam erectam, et dixit "Terribilis est locus, hec domus Dei est, et porta celi, et vocabitur aula Dei" (Genes., 28,17). Nemo enim potest Deo placere qui sponsus eius est, nisi sponsam

Dei ecclesiam digna reverentia honorificet. Ergo dum salus omnium per sanctam Dei ecclesiam operetur, dignum est ut eam omnes sumopere honorificemus, numeribus ditemus, terrarum donatione amplificemus, omnibusque dignitatibus ornemus, ut per huius servitii exhibitionem in illa celesti possideamus cum sanctis hereditatem.

Proinde ego Santius rex gratia Dei et Urraka regina notum fieri cupimus omnibus nostris fidelibus cunctisque orthodoxis atque catholicis viris, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos, pro salute et remedio animarum nostrarum et pro salute omnium christianorum, ad monasterio sanctissimi martiris Christi Ihoannis dedimus villas cum omnibus illorum pertinentiis firma et inconvulsa donatione ad victu monachorum ibidem degentium id est Sancta Cecilia et Sancti Torquati et Lecuita et Gisso et Alastue et Martes et Ena et Segarale et Bentaiuelo et Ligriso et Sancti Sebastiani et Sancti Petri de Ostias et Sancti Petri de Fuebas et Sancti Petri de Meianeta et Izanarbi et Bortartare et Badaguasse, quam comparavit ille dominus Santius qui fuit maior de Atares et posuit eam ibi pro anima sua. Nos confirmamus ego Sancius rex et Urraka regina simi-

liter et in Deio illa villa qui dicitur Zarapuzu comparavit Ozaba Gartia per nostrum mandatum et posuit ibi et nos confirmamus, et ista donatione vel confirmatione de omnes istas villas, quas diximus, tali tenore constabilimus, ut si quis ex filiis vel successoribus nostris in supradicto monasterio augmentare potuerit, valeat, amen.

Si vero, quod fieri non credimus, tante presumptionis fuerit, ut aliquam violentia seu contradictione voluerit inferre, iram Dei omnipotentis et Sancti Ihoannis et omnium sanctorum Dei incurrat et maledictionem perpetuam abeat, et fiat de illo sicut dicit Psalmista: "Qui possident hereditatem sanctuarii Dei, Deus meus, pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti" (Ps., 82, 14).

Facta est autem hec donatio in era T. XX. VII.^a.

992 marzo 26

27

Sancho Garcés II Abarca y la reina Urraca confirman la donación de la villa de Zarapuz, que había hecho Ozabo García a San Juan.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 50-50 v.º, copia siglo XI (B).
Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 19, p. 73-75.

Sicut ex sacris duo graphorum eruditionibus didicimus, humane salutis origine et fundamentum generaliter nec alico modo posse aliquem salbari nisi fulcimento et subsidio eiusdem, unde et matris onomate designatur, quod ceu mater filios, ita ipsa omnes orthodoxos lacte suorum ceremoniarum nutritos ad perpetue salbationis gaudia perducit. In ipsa precipue salus omnium nititur, nam in ipsa totius christianitatis ordo geritur adque fundatur. Hec est ergo celestis illa Iherusalem de qua dicitur "Vidi cibitatem sanctam Iherusalem nobam descendentem de celo a Deo paratum, sicut sponsam ornatam viro suo" (Apoc., 21, 2). Hec est de qua vidit Iacob angelos descendentes et ascendentes per scalam erectam et dixit "Terribilis est locus, hec domus Dei est et porta celi et bocabitur aula Dei" (Genes., 28, 17). Nemo enim potest Deo placere qui sponsus eius est nisi sponsam Dei ecclesiam digna reverentia honorificet. Ergo dum salus omnium per sanctam Dei ecclesiam operetur, dignum est ut eam omnes sumopere

honorificemus, numeribus ditemus, terrarum donatione amplificemus, omni genus dignatibus ornemus, ut per huius servicii exhibitionem in illam celesti possideamus ereditatem.

Proinde ego Santius rex gratia Dei et Urraca regina notum fieri cupimus omnibus nostris fidelibus cunctisque orthodoxis atque catholicis viris, presentibus scilicet et futuris, qualiter comparabit Ozabu Garcia, illa billa que dicitur Zarapuzu, et posuit in Sancto Ihoanne pro remedio anime sue // per nostrum mandatum, et nos confirmamus eam ibi, et ista donatione ita concedimus ut fiat firma et stabilita ad monasterium sanctissimi martiris Christi Ihoannis de ipsa billa iam supradicta Zarapuzu, ut integre, ingenue et libere eam perpetim possideat Sanctus Ihoannes, ut serbiat ibi Deo ministrantibus cum introitis vel exitis, montibus, fontibus, pascuis, pratis vel padulibus seu ipsis terminis qui in eadem abentur, pardina que bocatur in Oteizo, senior Arapu, senior Oollaz de Elizina usque ad Sanctum Tirsum, de Andione bia de supra usque ad illam inferiorem, et de illa sierra que vocatur Arrannotageta usque ad Garum.

Ut si quis ex filiis vel successoribus nostris in supradicto monasterio augmentare potuerit,

baleat, amen. Si vero, quod fieri non credimus, tante presumptionis fuerit, ut aliquam violentia seu contradictione voluerit inferre, iram Dei omnipotentis et Sancti Ihoannis et omnium sanctorum Dei incurrat et maledictionem perpetuam abeat, et fiat de illo sicut dicit Psalmista "Qui possident hereditatem sanctuarii Dei, Deus meus, pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem benti" (Ps., 82, 14).

Facta est autem donatio in era T. XXX.º, die VI feria, VII kalendas aprilis.

992 marzo 26

28

Sancho Garcés II Abarca y la reina Urraca conceden al monasterio de Santa Cruz de la Serós diversos pueblos, bienes y posesiones.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 69 v.º-70, copia siglos XI-XII (B).

ABJ, núm. 20, copia siglo XIV (C).

MBAH, *Colección Abbad y Lasierra*, XXI, fac-símil de algunas cláusulas de B (D).

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 21, p. 77-79.

[Crismón] ¹. *Sicut ex sacris duo graphorum traditionibus didicimus, humane salutis origine et fundamentum* ² *generaliter in sancte matris ecclesie sacramento consistere novimus, nec aliquo modo posse aliquem salvari nisi fulcramento et subsidio eiusdem, unde et matris onomate* ³ *designatur, quod* ⁴ *ceu mater filios ita ipsa omnes orthodoxos lacte suorum sacramentorum et cultu ministeriorum Dei ac observatione* ⁵ *cerimoniarum nutritos ad perpetue salvationis gaudia perducit* ⁶.

In ipsa precipue salus omnium nititur, nam in ipsa totius christianitatis ordo geritur atque fundatur. Hec est ergo illa celestis Iherusalem de qua dicitur "Vidi civitatem sanctam Iherusalem novam descendentem de celo a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo (Apoc., 21, 2). Hec est de qua Iacob angelos descendentes et ascendentes per escalam erectam vidit et dixit "Terribilis est locus iste, hec domus Dei est et porta celi e vocabitur aula Dei" (Genes., 28, 17). Nemo enim potest Deo

- 1 [Crismón], om. C.
- 2 fundamentorum, C.
- 3 honomate, C.
- 4 designatur) cum, C.
- 5 ac) conservatione, C.
- 6 produunt, C.

placere qui sponsus eius est, nisi sponsam Dei ecclesiam digna reverentia honorificet. Ergo dum salus omnium per sanctam Dei ecclesiam operetur, dignum est ut eam omnes sumopere honorificemus, muneribus ditemus, terrarum donatione amplificemus, omni genus dictatibus ornemus, ut per huius servitii exhibitionem in illa celesti possideamus cum sanctis hereditatem.

Proinde ego Sancius rex gratia Dei et Urraka regina notum fieri cupimus omnibus nostris fidelibus cunctisque orthodoxis atque catholicis viris, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos, pro salute nostra et remedium animarum nostrarum, et pro salute omnium christianorum, ad monasterium sanctissime semperque virginis Marie dedimus villas ⁷, cum omnibus illorum pertinentiis firmam et inconbulsam donationem ad victum virginum ibidem degentium, id est Orkale et Laque et Vinaqua et Aragali et Escaverri ⁸ et Arrenna et Isuarre; in Pampilonia, Sarriurin ⁹; et Aisa et Billa-nua ¹⁰ et Berne; in Galleco, Bue, et Larrede

- 7 illis sororibus Sancti Iohannis, add. B.
- 8 Exavierregay, C.
- 9 Sarrihurin, C.
- 10 Villa nueva, C.

*et Orose et Rompesakos et Osia et Loresse*¹¹; *in Auero, hereditatem, terras et vineas Sancti Salvatoris de Carbonera, Sancti Salvatoris*¹² *de Arrensa, Sancti Iohannis de Ates, Sancta Maria de Germenlue*¹³, *Sancta Eulalia de Arrenna, Sancti Iacobi de Arrosta, Sancti Iohannis de Ueia*¹⁴, *Sancta Maria de Argilale, et Sanctum Iacobum in Pinitato, et Cortes Calapueio, et Sanctus Iohannes de Pietella, et Sanctus Iohannes de Gordeia, et Sanctum Andream de Lusce*¹⁵, *et Sanctum Severum in ripa de Galleco, et Sanctam Mariam de Sabin-ganeco*¹⁶ *in valle Berroi.*

De omnibus istis supradictis villis vel decaniis, quas diximus, tali tenore constanbilimus, ut si quis ex filiis vel successoribus nostris in supradicto monasterio augmentare poterit, valeat, amen.

Si vero, quod fieri non credimus, tante presumptionis fuerit, ut aliquam violentiam seu contradictionem vcluerit inferre, iram Dei omnipotentis et sancte Marie et omnium sanc-

11 et Tenias, add. C.

12 Sancti Stephane, C.

13 Germelue, C.

14 Ula, C.

15 Sancti Andree de Iace. C.

16 Sancta Maria de Saviyaneco, C.

torum Dei incurrat et maledictionem perpetuam habeat, et fiat de illo sicut dicit Psalmista "Qui possident hereditatem sanctuarium Dei, Deus meus, pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti" (Ps., 82, 14).

*Facta carta et donatio era*¹⁷ *T. XXX., die VI feria, VII kalendas aprilis.*

17 era) M.^a XX.^a, die III feria, IIII kaledas, C.

(970 - 994)

29

Sancho Garcés II Abarca da al monasterio de San Juan de la Peña las villas de Miramont, Mianos y otras varias más, con sus términos y derechos.

FDZ, *Liber Privilegiorum*, I, fol. 32-33.

AHN, *Cabreo de la Mensa Claustral de San Juan de la Peña*, núm. 1, fol. 1.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. XVI, p. 58-59.

In nomine Sancte Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Hec est carta donationis quam facio ego Sancius, rex Avarca gratia Dei Aragonensium sive Pampilonensium, una

cum coniuge mea Urraca regina Deo et Sancto Ioanni de Pinna. Sicut in sacris scripturis invenimus, caput et fundamentum nostre salutis in sacramento ecclesie sancte consistunt, et nullus potest esse salvus sine adiutorio eius, quia sicut mater nutrit filios suos, ita ipsa sancta mater ecclesia omnes fideles nutrit in Christo, et ducit ad gaudia paradisi. Amen.

Proinde, ego Sancius, rex Avarca, et Urraca regina, volumus quod omnes fideles sciant, tam presentes quam futuri, qualiter nos pro salute nostra et remedio animarum nostrarum et pro salute omnium christianorum ad monasterium sanctissimi baptiste Christi Ioannis de Pinna, damus villas nostras que dicuntur Miramont, Mianos, Martes, Bahues, Ortolo, Trasveral, Salinas Villaluenga, Fannanas, Ferrera, Luzientes, Sangorrin, Gavas, Araniella, Mullermorta, Bayetola, Novemfontes, et Montannano, cum hominibus, feminis, cum aquis, montibus, herbis, pratis, paludibus, pascuis, et cum omnibus iuribus, coloniis, homicidiis, cum cursibus et discursibus aquarum, et cum omnibus aliis ad ius regale pertinentibus et pertinere debentibus integre, et ingenue cum ecclesiis suis, cum decimis, primitiis, et oblationibus suis libere eas possideat cum suis

terminis, heremis et populatis, cum exitibus et introitis, taliter cenobium Sancti Ioannis de Pinna habeat et possideat in perpetuum in remissione omnium peccatorum nostrorum et pro salute omnium fidelium defunctorum nostrorum, amen.

Facta est autem hec donatio in era nonigentessima vigesima prima. Teste Fortunio Eximinons de Atares, Basilius, episcopus Pamplonensis, Oriolus, episcopus Aragonensis, senior Fortunius Sanchiz maiore qui est in Cavello, senior Lope Gonealbus in Nagera.

Signum [signo] Sancii regis. Ego Garsias Sancii regis filius laudo, confirmo et manu mea hoc signum [signo] facio.

Ego Vmbertus scriptor, iusione domini mei regis Sancii, hanc cartam scripsi et manu mea sig [signo] navi.

García Sánchez II el Temblón y la reina Jimena donan al monasterio de San Juan los lugares de Eso, Catamesas, Caprunas y Genepreta.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 4-4 v.º, copia siglos XI-XII.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 24, p. 86-87.

De Esu et Katamesas.

Quoniam peccatorum mole depressi in spe fiduciamque sanctorum meritis respiramus, non usquequaque desperatione deicimur, quam etiam teste conscientia, reatum nostri criminis sepe pavescimus. Ut ergo, per sanctos Domini martires, virgines vel confessores mereamur obtinere veniam peccatorum ac percipere gaudium inenarrabile, ego Garsea cum uxore mea regina domna Eximina, nescientes extremum dierum nostrorum, ideo devotioni nostri extitit, ut de hoc quod nobis Dominus dedit, sancte ecclesie aliquantulum ex voto proprio conferamus, et quia scriptum est "vovete et reddite Domino vestro" (Ps., 75, 12). Ob hoc eandem devotione omni affectu operis implere procuramus, et concedimus ad cenobium Sancti Iohannis Esu et Catamesas et Crapunas et Genepreta, adfirmando alias quas miserunt ibi parentes nostri. Et insuper addimus istas ad victum et vestitum monachorum ibidem degentium.

Si enim filii vel nepotes nostri supra aliquid

augmentare potuerint supradicto cenobio, addat Deus in regno eorum in gloria; si vero, quod non credimus, aliquis ex nostris successoribus de ista nostra donatione aut confirmatione aliquit auferre voluerit a predicto monasterio, anathema sit et cum sanctis et iustis non abeat mansionem, set cum Iuda traditore in inferni baratro obtineat portionem.

Facta autem est hec donatio vel confirmatio era T. XXXª IIIª.

(Siglo X) ¹ 31

Acuerdo por el que la iglesia de Cabañas sería del monasterio de San Martín de C~~ercito~~ H Cillas y los vecinos de aquella población podrían labrar el término de Savés y llevar sus ganados a Calvera.

FDZ, *Liber Privilegiorum*, I, fol. 28.

¹ Para la atribución vid. que aparecen los mismos personajes que en documento posterior.

Sub² Christo nomine et eius gratia. Hec esta pagina convenientia que fuit inter abbas Inkalzato de Cella et senior Dato Galindones et senior Eximen Manziones et senior Fortunio Manciones et senior Asnari Manciones de Capannas. Siquidem senior Asnar Manciones habuit unum filium nomine Filgolo, neto de senior Dato Galindones, de sua germana. Et in illis diebus quando fugiebat Almozorr fugiebat nutrix eius cum eo et cecidit ei infans, clavolus effectus est, et posuerunt illum in Sancto Martino, cum illa casa de Sorello et uno campo super illa via; et fecerunt talem convenientiam ut post illum diem illa ecclesia de Capannas fuisset de Sancto Martino et de illis fratribus, et venisset illa decima ad Sanctum Martinum, et illum terminum de Saves qui erat de Cella laborassent illi vicini de Capannas et habuissent in pasto usque ad illum erbare de Calvera, et exsolvisent decimam ad Cellam monasterium. Et sunt testes Banzo Adogueri et Galindo Garcianés et Manciones Lup de Binies et Galindo Sanciones et Blasco Fortuniones de Tolosana et Sorello

² El documento aparece copiado en el Liber Privilegiorum entre nuestros documentos núms. 2 y 13.

et Moronta ~~de~~ Garcia Fort de Nabascos et Anaya et Oria Bita de Latrasoe et Enneco Fortuniones de Lorota et Sorello de Capannas. Et qui istud testamentum nostrum voluerit dirumpere, cum Dathan et Abiron habeat portionem in inferno inferiori, in secula seculorum, amen.

(Siglo X)

32

El abad de Cella da tierra a los de Beralevilla para que la trabajasen.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 80-81, copia siglos XI-XII.

Et¹ tempus hec erat abbas Incalzatus in Zella monesterio et venerunt ad eum omnes de Berali villa ad illum abbate et ad illos monachos de monesterio rogaverunt eos et supplicaverunt ut dedissent illis terminum ubi laborassent, quia iam illorum terras veteres erant et lavatas. Et dixerunt illi monachi et ille abbas,

¹ Es continuación de los documentos números 2 y 13.

- et

11e

"faciamus illorum voluntates, dimitant nobis illa iantare quod damus eis ab anno in anno". Et dixerunt illi monaci et ille abbas ad illos vicinos: "dimittite nobis illa iantare et dabitur vobis terminum ubi laboretis". Et dixerunt illi vicini: "fiat voluntas vestra".

Ita et sic fecerunt et dederunt illis terminum illum montem qui dicitur Sardaso, de illo pino usque ad Sancta Cruce, de Sancta Cruce usque ad illo mortero, de illo mortero usque in Berali. Et miserunt pactum abbas Incalzos et senior Dato Galindones et senior Asnari Manciones et Galindo Scemenones et senior Scemeno Manciones et senior Fortunio Manciones et senior Asnari Manciones de Capannas et suo filio domno Filgolo, ut si aliquis voluisset magis intrare nisi quod illum terminum fuit divisum pariasset ad monasterium sexaginta solidos. Et sunt testes Banzo Adogari et Galindo Garcianes et Mancio Lupi et Sancio Ennecones de Veniesse et Galindo Sancionis et Sancio Galindones et Belasco Fortuniones de Tolosana et Sorello et Moronta et Garcia Forti de Nabascosse et Annaia et Mancio Ennecones et Orobita et Asnari Banzones de Larosse et Asnari Galindones et Enneco Fortuniones et Sorello de Larota et Adogari

Garcianes et Orioli Ennecones et Alariki Sanciones de Aranda et Galindo Manciones et Mancio Datones et Sorello de Capannas. Et post nostrum obitum quod istam scripturam disrumpere voluerit, abeat sortem cum Iuda traditore qui tradidit Dominum Salvatorem, veniat ei contritio Eli et ramorum eius, maledictio David quam imprecatus est Doech idumeus et fiat ruina domui eius, sicut domui Acham, filium Carmi, qui contradixit precepto sue filii nun et turbavit Israhel, et sit interitum eius, sicut interitum Datan et Abiron, quos vivos terra devoravit.

(1004)¹ agosto 1

33

Aznar Fortuñones da cuánto tenía en Arbués y media viña en Arresella a San Juan.

¹ La fecha del documento corresponde al año 1024. Pero —el documento parece auténtico— ese año no es posible, pues el obispo de Aragón era Mancio. Creemos que hay una equivocación de LX por XL.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 47, copia siglo xi.

In Dei nomine. Hec est cartula quem feci ego Azenare Furtuniones de Sabalui: sic posui totum quantum in Arbuassi habui ad Sanctum Iohannis, et meo kaballu et ego feci me ibi traditu; et dedi ad filia mea donna Sancia totum quantum abui in Sabalui et in Aresella; et dedi illa media vinea de Aresella ad Sancti Iohannis pro illu censu de Sabalui, et qui voluerit illa forzare, abeat partem cum Iuda traditore.

Facta karta kalendas augusti, era T^a. LX^a. II^a., regnante rege domno Sancio in Aragone et abbate domno Blasko in Sancti Iohannis et episcopo Blasco in Sasabe et senior domno Moni in Atares.

1005 marzo 1

34

Sancho el Mayor y su madre la reina Jimena perdonan al monasterio de Santa Maria de Fontfrida el tributo anual de diez modios de sal.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 71-71 v.^o.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 25, p. 88-89.

[*Crismón.*] In nomine sancte et individue Trinitatis, immensa maiestas et alma Trinitas, qui est Pater et Filius et Spiritus Sanctus, una et quoequalis essentia. Sub divino imperioque Domini nostri Ihesu Christi. Hec est carta scripta de cenobio Fonte frigida quam iussimus scribere ego Sancio Garcianes rex, una cun regina Eximina pro animabus nostris, ut sit alme Marie, mater Domini nostri Ihesu Cristi suffragatricem cum coro virginum et reliquiis que ibidem sunt recondite, pro peccatis nostris, apud Dominum omnipotentem, ut hic vivamus in hoc brevi evo feliciter, demumque cum sanctis angelis in regno polorum, amen Placuit Deo celi et angelis sanctis suis, et venit ille Spiritus veritatis in cordibus nostris, et pactum quem habebat ipso monasterio de anno in anno, que offerebant regibus, dimittimus illum. Per singulos annos donabant regi decem modios de sale, et nos modo dimittimus illos pro metu averni et tremendi iudicii diem, in qua Dominus noster Ihesus Christus iudicaturus est vivos et mortuos; et sit ingenuo ipso pacto usque in secula.

Et quando hoc decretum fecimus rex et regina, ibi fuit in presenti gloriosus et sanctissimus episcopus domnus Eximius sedis Pamplonensis in regimine monachorum, quia ille fecit scribere istam cartam suo notario; et erat domesticus de ipso cenobio senior Munni Ianniz, et erant cum eo in claustro nominatos Azenari Forti, Elis, Isinarius, Garcia Orioli, et alii multi quando dimisimus istam rem.

Et sunt confirmatores Oriol Iohanniz, maiordominus regine, testis et confirmans; Oriol Belasquis maiordominus regis testis et confirmans, Garsia Belaskiz, qui erat botellarius, testis et confirmans. Iterum, regnante rege Sancio Garseanis, cum avia sua Urraka regina, et gloriosus episcopus Garsias in Christi auxilio et dono Belasco episcopo in Christi potentia.

Et post nostrum obitum, qui istam scripturam disrumpere voluerit, habeat sortem cum Iuda traditore qui tradidit Dominum Salvatorem, veniat ei contritio Eli et ramorum eius, maledictio David quam imprecatus est Doech idumeus, signum quod enotatus est Kain, sepultura asini de // quo loquitur Iheremias, et perditio qua peccatores terre yatus obsorbuit, et interitus cananeorum, et contritio idrie ad

fontem, et arenarum conminatio in littoribus que salsis fluctibus verberantur, et confractio virge gloriose de Isaya, et increpatione Danielis et ruinam Esau et duritia Moeb et defecatione Hismaelis, ut sit quasi cecus palpans manu parietem, et distillet super eum pluvia ignea et fulgurea sicut in Sodoma et Gomorra.

Facta series discurrente feliciter anno bis quina centies dena quadragesima III era, ab incarnatione autem Domini nostri Ihesu Christi anno T.º V.º, die kalendas martii.

1013 35

Doña Sancha compra el cementerio Ysinali, una casa con sus heredades, ordenando que todo sea, después de su muerte, para San Martín de Cillas.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 30-30 v.º, copia siglo XI-XII.

De conpara de zimiterio Ysinali.

Hec est scedula de conpara que comparabi ego donna donna Sancia. Comparabi zimiterio que vocatur Ysinali, ob onorem Sancti Cle-

menti episcopi. Comparavi ipsa kasa de senior Sanxo Enneconis de Asso et de sua muliere illa donna donna Oneka de Larota. Comparavi ipsa kasa, cum suas hereditates, terras et vineas, aquis et pascuis. Et dedi ibi quinquaginta kafices et L metros de vino. Et sunt firmes senior Enneco Cardelli et senior Galinno Kardelli et senior Vita et Fertungo Manxonis et presbiter Gartia de Bagone. De Berdune, senior Lope Lopez et Gartia Orioli. De Ena, Orbita et Sancio Kardelli. De Larota, Nanni Vita et Garcia Lupi. De Kapannas, domnus Fertungo et Blasco Garcianes.

Facta cartula in era T^a. L^a. I^a., regnante rex Sancio Gartianis in Aragone et in Pampilonia et in Castella, Mancius episcopus in Aragone, Eximinus episcopus in Pampilonia.

Et post obitum meum serbiat in Sancti Martini que vocatur Cella monasterium. Et quod inde voluerit abstraere, sit extraneus a corpus et sanguis Domini nostri Ihesu Christi, et cum Iuda traditore abeat portionem, amen.

1014 julio 6. San Juan de 'a Peña 36
Sancho el Mayor da a San Juan de la Peña el priorato de San Sebastián de Asaón y varios bienes en distintos lugares.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 19, pseudo visigótica.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 26, p. 93-94, que lo cree auténtico.

[Crismón.] *In nomine sanctissimi et incomparabilis boni, quod Deus est. Ego Sancius, gratia Dei Aragonensis et Pampilonensis rex, ob remedium anime mee et parentum meorum, facio hanc cartam donacionis et oblacionis Domino Deo et altario beati Iohannis bapteste, quod de Penna dicitur, et offero et do illud meum monasteriolum Sancti Sebastiani de Asahon, cum decimis, primiciis et oblacionibus suis, et cum omnibus directis suis. Adhuc offero dicto altario Sancti Iohannis duos casales in Larros, cum suis hereditatibus et decimis et primiciis suis; et unum palacium in Luesia, et alium in Uno castello, cum suis hereditatibus et decimis et primiciis; et villam de Lucientes, cum sua ecclesia totam ab integro, cum suis terminis et decimis, primiciis et oblacionibus suis; et villam de Larrue, cum sua ecclesia*

totam ab integro, cum terminis, decimis, primiciis et oblacionibus suis; et duos casales en Aquilue cum terris, decimis et primiciis suis; et unum palacium en Exavierralatre, cum sua hereditate et decimis et primiciis suis; et ecclesiam de Larbesa, cum sua hereditate et decimis et primiciis suis; et duos casales en Oruen; et ecclesiam Sancti Iohannis, cum sua hereditate et decimis et primiciis suis; et ecclesiam de Bescos, et tota villa cum decimis, primiciis et oblacionibus suis.

Si quis autem ex successoribus meis hanc cartam seu donacionem meam infringere quesierit, excommunicatus sit, et anima illius in profundum inferni cum Iuda participetur pena, et hoc meum donativum maneat firmum in secula seculorum.

Facta carta in Sancto Iohanne, II.^a nonas iulii, era discurrente T.^a L.^a II.^a, regnante me rege Sancio in Aragona et in Pampilona, in Suprarbi et in Ripacurça, Sancius episcopus in Pampilona, Mancius episcopus in Aragona, senior Sancius Guillelmus comes de Uasconia, senior Enneco Xemenons in Uno castello, senior Fortunio Aznarez in Kacabello, senior Sancio Galin Sanç in Boltania.

Signum [signo] regis Sancii.

Ego Belasco, scripctor domni regis et iusu ipsius, hanc cartam scripsi et manu propria hoc signum [signo] feci.

1016. Pamplona 37
Sancho el Mayor concede a San Juan de la Peña la villa de Oloaste con sus términos.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 20, pseudo visigótica del siglo XIII (B).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 21, pseudo visigótica (C).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 22, pseudo visigótica (D).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 695, núm. 23, copia siglo XIV (E).

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 27, p. 96-97.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Sancius rex, una cum domina matre mea Eximina regina et uxore mea dompna Maiora, filia Sancii comitis, bono animo et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et concedimus Do-

mino Deo et eius gloriose virgini matri Mariæ et monasterio Sancti Iohannis de Pinna, in Aragona provincia, villam de Oloast, que est inter Sios et Asso, cum omnibus terminis et pertinenciis suis et hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis, cum montibus et planis, hermis et populatis sive laboratis, vallibus, torrentibus, cum aquis, fontibus, nemoribus, garricis, lignis, erbis, pratis, pascuis et arboribus cuiuslibet generis, et omnibus redditibus inde proventibus et proventuris, et cum ingressibus et egressibus et afrontacionibus suis, scilicet, sicut incipit de fluvio Aragonis in directo de illo arcal de Sancta Christina, et vadit¹ ad illum transitum de illo ioncal, et de illo ioncal² per Açnar³ Pueyo, et sicut ascendit ad illam lienam de cabo la Fraga in illo solano de Orba, et vadit ad directum de illa porta de la Cortina sursum, et postea de illo directo de illa porta de la Cortina per serram serram, sicut aqua vertit et vadit ad illum mallyo de

1 E add. ad illa coscolina et postea vadit, que se ha anulado con una raya.

2 E add. ad illum pollizum, rayado luego.

3 Aznar Pueyo et) divide per illam serrazuellam, add. E, que lo anula con una raya.

cabo de spelunca, et declinat postea⁴ et vadit ad achar de illa cruce, et descendit⁵ ad podium maiorem⁶, et postea per vallatum in directo vadit ad fluvium Aragonis, et cum omnibus omnino iuribus et causis in prefata villa ad ius regale pertinentibus o pertinere debentibus quocumque modo, et omnibus eciam melioramentis que ibi fient unquam o fieri poterunt ullo modo ad habendum, tenendum et in sana pace perpetuo possidendum sine ullo nostro nostrorumque retentu et sine vinculo contrarietatis nostre et alterius cuiuslibet viventis persone, per secula cuncta.

Facta carta donacionis et concessionis in Pampilona, era T.^a L.^a IIII.^a, regnante Domino nostro Ihesu Christo in unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti, et ego Sancius rex tenens culmen potestatis mee in Pampilona et in Aragona et in Suprarbi, in Ripagorça, in Nagara, in Castela et in Alava.

Ego namque Sancius, gratia Dei rex, qui

4 E add. ad penacum de caput de illa spelunca et deinde per caput de illa penna, anulado por una raya.

5 E add. per collatum in directo, anulado por una raya.

6 E add. et exit ad podiolum de Glaras, anulado por una raya.

hanc cartam fieri iussi et de manu mea hoc sig [signo] num feci. Ego namque dompna Eximina regina hanc cartam laudo et confirmo et hoc sig [signo] num facio. Ego dompna Maiora regina presens ibi fui, et de manu mea hoc sig [signo] num feci. Et nos Ferrandus, filius regis, presens ibi fuimus, et manu propria hoc sig [signo] num fecimus.

Si quis autem ex successoribus nostris hanc cartam infringere quesierit, excommunicatus sit, et anima illius in profundum inferni cum Iuda participetur pena, et hoc factum meum maneat firmum in secula seculorum, amen.

Sancius, episcopus Pampilonensis, testis et confirmans, Sancius Uillelmus, comes de Gasconia, testis et confirmans, Sancius episcopus Aragonensis, testis et confirmans.

Ego Velasco scriptor, iussione domini mei regis Sancii et Eximine regine et filii eius, hanc cartam scripssi et propria manu hoc sig [signo] num feci.

1023 mayo 11

38

Oliva, obispo de Vich, escribe a Sancho el Mayor para contestar la carta que éste le había remitido.

FDZ, *Liber Privilegiorum*, I, fol. 79-84, copiado de un documento perdido, que tenía la signatura lig. 31, núm. 19.

Ed.ES, XXVIII, p. 277, apénd. 12, a base de una copia que le facilitaron antes de perderse el original. Damos las variantes importantes de esta edición

Orthodoxe fidei cultori magnifico domno Sancio regi gloriosissimo universis laudibus preferendo Oliva, sancte Ausonensis ecclesie presul et abbas licet indignus, secumque comanens divini ordinis cetus, felices triumphaliter hic possidere succesus, et non finiendos in celestibus eternaliter fructus. Si prosperitas vestre magnificentie divini muneris concessionibus augmentatur, nihil nostris mentibus optabilius inesse probatur. Verum si quibuslibet incommodis promovetur, nihil quod magis nolumus invenitur. Agimus autem innumeras pro posse gratias omnipotentie conditoris, qui sic latitudinem vestri cordis vinculo sui constringit amoris, ut que // maxima sunt operum vestrorum, vel media, non propria sponte pera-

gatis, sed timentium illum consilia, horum videlicet qui longe sunt, et qui prope regali solertia conquiratis. Vobis quoque plurimas impendimus laudes, quoniam numquam nostram parvitatem excipitis, sed in benefaciendo, et quasi magnum aliquid ex vestris negociis consulendo perquiritis. Quo circa nostras animas ita vestro spiritui coniunxistis, ut nemo nostrum sibi quicquam melius optet evenire, quam vobis. Vidimus hoc tempore domnum abbatem Pontium fratrem et filium nostrum cum Garcia fidelissimo vestro, qui nobis retulerunt mandatum et sollicitudines animis vestri.

Igitur de hoc unde placuit vestre celsitudini nostram inquirere parvitatem, quidquid melius ex lege et prophetis vel de ceteris divinis Scripturis colligere potuimus, vestris optatibus¹ dirigere studuimus. Quanti ergo sit criminis coniugali vinculo proximos coniungere sanguinis, lex Veteris Testamenti pronuntiat, prophete clamant, apostoli ostendunt, santique post illos Patres suis dictaminibus innuunt. Et quod veteri lege damnatur a prophetis, id ipsum interdicitur ab apostolis contradicitur et a ceteris postmodum divine scien-

¹ obtutibus, en ES.

tie cognitoribus anathematizatur. Clamat denique Dominus ipse per Moysen in libro Levitico: "Omnis homo ad proximam sui sanguinis non accedat, ut revelet turpitudinem eius" (*Levit.*, 18, 6). Subinfert quoque post pauca et dicit: "Cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis commixtione maculaberis". Item in eodem: "Omnis anima que fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui". Item post paululum in eodem: "Qui coierit cum uxore patru vel avunculi sui, et revelaverit turpitudinem eius, portabunt ambo iniquitatem suam, et absque liberis morientur". Item Ezechiel propheta dicit de hoc inter cetera: "Si genuerit homo filium sanguineum effundentem et uxorem proximi sui polluentem, numquid vivet?" (*Ezech.*, 18, 13). Non vivet: in peccato suo quod operatus est in ipso morietur. Hinc iterum Osee propheta loquitur inter alia: "Maledictum, mendacium, homicidium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc infirmabitur terra et omnis qui habitat in ea in bestia agri, et volucre celi et in piscibus maris" (*Osee*, 4, 2). Sanguis etenim sanguinem tangit, dum irrationabilis copule prophana commixtio sanguinis affinitati

se iungit, atque in fornicationis nodum conubiale commercium transit. Hucusque de veteribus christiane quoque religionis post Christum institutor et doctor² apostolus Paulus huiusmodi genus fornicationis detestans, in epistola ad Chorintios prima ait inter cetera: "Nescitis, quia corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt—inquit—duo in carne una? Qui autem adheret Domino, unus spiritus est (*I Cor.*, 6, 15). Item in eodem loco: "Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat" (*I Cor.*, 6, 18). Hinc idem apostolus in epistola ad Thesalonicenses inter alia: "Hec est enim voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque suum vas possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii, sicut et gentes, que ignorant Dominum" (*I Thes.*, 4, 3). Et post pauca: "Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem" (*I Thes.*, 4, 7). Itaque qui

2 et, *add. ES.*

hec spernit, non hominem spernit, sed Dominum, qui etiam dedit Spiritum Sanctum suum in vobis.

Ab hinc sequuntur exempla Canonum, qui a sanctis patribus Divino Spiritu plenis editi, quid super hoc contineant, hec ab illis ad posteros missa demonstrant. De incestis ex Concilio Ilardensi, capitulo III: "Ii qui se incesti pollutione commaculant, quousque in hoc detestando contubernio perseverant, cum nullo christianorum cibum sumant". Item de his qui proximis se coniugunt, ex Concilio Toletano, capitulo V: "Nullus fidelium propinquam sanguinis sui in matrimonio sibi copulet: quod si fecerit tanto tempore a Christi corpore et fraterno consortio excommunicatus existat, quanto fuerit ista contagione pollutus". Item ex Concilio Agathensi, capitulo XII: "De incestis coiunctionibus³ nihil prorsus venie reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero dicimus, qui relictam fratris uxorem acceperint aut fratris germanam, aut novercam, aut consobrinam, aut de propria cognatione usque in septimam genera-

3 incestis et iunctionibus, *en ES.*

tionem, aut ⁴ uxorem avunculi vel filiam avunculi, vel filiam patruī aut privigne sue, quibus omnibus coniunctio inclita interdicitur". Item Gregorius papa sanctissimus, in Concilio Romano, ait de hoc inter cetera: "Si quis consobrinam duxerit in coniugio, aut uxorem de propria cognatione, vel quam cognatus habuit usque in septimam generationem, anathema sit". Et responderunt tertio omnes qui erant in concilio, anathema sit.

Hec itaque sunt, o bone rex et clarissime princeps, incesti connubii damna. Hec divinitus interdicte copule detrimenta, super que multo latius authorum numerosa congereremus exempla, nisi nos et brevitatis temporis et nunciorum properata regressio, aut prolixitas charte cogere⁵ ab incepto desistere. Oramus autem vos et obsecramus per Dominum Iesum, ut omni circumstantia vos ab his execrandis operibus custodiatis, nulloque deinceps modo assensum tam nefandis usibus prebeatis. Quoniam sicut dicit beatus Paulus apostolus: "qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui

⁴ et, *add. ES.*

⁵ cogere, *en ES.*

faciunt, sed et qui 'consentiunt facientibus' (Rom., 1, 32).

Sed fortasse dicet aliquis: si rex imperatori sororis coniugium non negaverit, tunc perseverantia pacis, et paganorum deletio, et ecclesiarum ad legem Dei per omnes illorum terras restituatur correctio. Quod si non fecerit, pacis discidium, et elevatio paganorum, et detrimentum in Dei legibus perseverabit ecclesiarum. Vana prorsus est ista cogitatio, et ut verius fatear, diaboli in cordibus humanis ommissio et ab omni funditus ratione veritatis absistens. Numquam enim ex huiusmodi copula pax processit, aut ex tam incesto connubio divini cultus securitas emanavit. Denique Spiritus Sanctus desidens tam stultorum hominum cogitatus, qui extimant quod ex istius modi illicita convenientia pacis proveniat status, inducit tales in quodam loco dicentes: Faciamus mala, et ⁶ veniant bona. An et isti non sunt horum similes et hereticis coequales, qui ex sponsione huius copule occasionem subintroducunt adipiscende pacis, atque iustitiae? Audivimus autem et credimus propter quod et loquimur: quoniam semper ex casti-

⁶ ut, *en ES.*

tate et pudicitia pax procedit, quare Christus qui est pax nostra, caste et pudicissime Virgini filius inter homines venit, ut pacificaret ea que in celis sunt et que in terris. Certe Iohannes baptista et precursos eiusdem Filii Dei, dum copulas Herodis prohiberet illicitas, capite truncatus propter iustitiam perdidit vitam, sed lucratus est gloriam. Et non solum ipse, sed et omnes sancti, qui nos hactenus preceserunt, divine legis adversariis usque ad effusionem sanguinis restiterunt. Ergo si propter hoc contra vos adversitas improborum hominum, christianorum scilicet vel paganorum insurrexerit, ne timeatis illos, neque paveatis. Dominum autem Christum, ipsum sanctificante. Ipse terror vester et ipse pavor vester et erit vobis in sanctificationem, in laqueum autem offenssionis, et in petra scandali omnibus, qui propter hoc insurrexerint adversum vos. Eritque cum illis brachium carneum, nobiscum vero Dominus Deus noster, qui est adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Verum si aliquatenus vos ab illis permiserit flagellari, habete in memoria repositam eternam spem, quam sine dubio vobis concedet, sempiternae hereditatis, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit,

que preparavit Deus diligentibus se. Non enim semper boni tribulantur, nec semper iustos opprimunt, quia gloria eorum stercus et vermis est, et ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.

Notum autem habemus, quia in vestris olim regionibus leges rectissime promulgate et sanctis canones a beatissimis patribus sunt instituti. Eratque tunc temporis terra vestra speciem totius orbis in religione divina et dominatione terrena. Nunc autem regionem vestram coram vobis alieni devorant et desolantur, sicut in vastitate hostili. Quoniam tribus inter cetera vitia pessimis nequitiis cognoscitur subiacere. Incestis videlicet coniugiis, et ebrietati atque auguriis. De primo quidem pro posse iam diximus: de ebrietate vero per Esaiam loquitur Deus: "Ve qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem" (*Isai.*, 5, 22). Hinc et Paulus apostolus dicit quia "ebriosi regnum Dei non possidebunt" (*I Cor.*, 6, 10). De auguriis autem precepit Deus in lege: "Non augurabimini, nec observabitis, et menses, et tempora, et annos, timeo ne forte sine causa laboraverim in vobis".

Interin nos ~~finem~~ dantes epistole, rogamus vos ut Dominum, et obsecramus ut Patrem, et admonemus ut filium, quo nostris dictis, immo divinis assertionibus credere non dedignemini; nec malorum hominum permittatis prevalere consensum contra leges divinas et statuta sanctorum, in ordine scilicet ecclesiarum et correctione monasteriorum, defensione quoque pupillorum et viduarum, et iustissima dispositione vobis plebium commissarum. Nos autem quandiu sumus in hoc corpore, semper erimus orantes pro vobis, quemadmodum pro animabus nostris, ut Deus omnipotens ab insidiis inimicorum vestrorum vos clementer eripiat, et in sanctis operibus usque ad finem vite perseverare concedat. Si quid vero vestri nobis placeat mandare servitii, iubete pro velle, quoniam parati sumus obedire pro posse. Quod autem hic non potuit scribi, in ore domini positum est Pontii.

Datum per manus Arnalli, huius operis ministri, V iduum maiarum, anno Incarnationis Christi millesimo vigesimo tertio, indictione sexta.

1024 agosto 1¹

39

Aznar Fortuñones de Arbués da a San Juan de la Peña lo que tenía en Arbués y Jabalué.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 47, copia siglo XII.

In Dei nomine. Hec est carta quam facio ego Acenar Fortuniones de Arbues et de Savalu. Sic pono totum quantum abeo in supra nominatis locis ad monasterium Sancti Iohannis de Pinna, sicque concedo ibi corpus meum et animam et do ibi caballum et omnes meas armas.

Regnante rege domno Sancio in Aragonie et in Pampilona et in Castella, et episcopo domno Belasco in Sesave et abbate domno Belasco in Sancto Iohanne et senior domno Mome in Atares.

Facta carta kalendas agustas, era T^a. LX^a. II^a.

Quisquis hoc meum donativum disrumpere voluerit, anatema sit.

1 Falsificado a base del documento núm. 33.

(Hacia 1025 ?) 40

Doña Blasquita de Botia vende al señor García López y su mujer Sancha Aznar la villa de Araguas.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 30 v.º, copia siglos XI-XII.

De illa domna domna Blasquita de Botia. Dedit illa domna domna Blasquita de Botia ad senior Garcia Lopez et ad sua uxór Sancia Azenarez de Bagone ipsa villa que vocatur Araguasse. Dedit illis et dederunt illi C solidos et VIII boves; et confirmavit eam coram regem Sancio Gartianis. Et sunt testes senior Scemeno Garzez et senior Scemeno Ennecones et senior Dato Scemenones de Osieto et domnus Sancio de Votia.

1025

41

El señor Lope Alvarez y su mujer Blasquita dan al monasterio de San Juan de la Peña la villa de Botia con todos sus términos y posesiones.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 29 v.º-30, copia siglo XI-XII.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 696, núm. 11, copia del siglo XIII (B).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 696, núm. 10, copia pseudo visigótica (C).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 696, núm. 2, copia pseudo visigótica (D).

De senior Lope Alvarez et de illa villa Votia ¹.

Sub Christi nomine et eius gratia. Hec est scedula de ² senior Lope Alvarez et de ³ sua mulier domna domna ⁴ Blasquita ⁵. Quando venerunt ad obitu mortis, miserunt in cenobio Sancti Iohannis ⁶ quantum abuerunt in Votia kasas, terras et vineas, ortis et molinos, aquis et pascuis, et ⁷ suam partem de illos miskinos ⁸,

1 De senior Lope Alvarez et de illa villa Votia, om. BC.

2 scedula) quam fecit (senior, C.

3 de, om. C.

4 domna, om. C.

5 cum voluntate de rege domno Sancio et de regina domna Eximina matre sua et de regina domna Maiore uxore sua, add. BC.

6 Iohannis) de Pinna villam de Botia (casas, BC.

7 et) totos illos (miskinos, BC.

8 meskinos) cum omnibus terminis suis, scilicet

illa media villa sic posuerunt pro voluntate de rege domno Sancio et de regina domna Eximina et de regina domna Maiore⁸, ut pro suas animas serbiat totum quod supra nominavimus in onore Sancti Ihoannis serbiat usque in sempiternum⁹. Et qui presentes fuerunt in hore mortem illorum et audierunt de eo¹⁰ hec sunt:

de Bovallilo sicut exit recte usque ad rigum de Aragonis, et ex alia parte de Bovallilo sicut vadit ad caminum de Iaca usque ad Sanctam Crucem de Artasso, et de hinc versus vineam de Caxitam, sicut tenet la Orbe, usque ad vallem ad capud de campo Sancti Iohannis, et de hinc recte usque ad finem qui stat in medio de la corona, et sicut aqua vertit la coda usque ad finem de illa coda, et hinc sicut rivus valle vadit rectus per vierum versus lanam veterem et de capite dicte lanne usque ad fluvium de Aragonis, sicut istas affrontaciones vadunt per circuitum, sic dederunt cum totas decimas, primicias et oblationes (ut pro suas animas serviat totum quod supra, *add. BC, hasta la nota núm. 8.*

8 *Vid. la nota anterior.*

9 Et illos mesquinos non habeant (nulla causa, *continuando BC en la nota núm. 13, hasta el final. Luego sigue Et qui presentes.*

10 et audierunt de eo, *om. BC.*

senior Gartia Lopez et senior Galino Cardelli de Bagone, et senior Asnar Galinonis et Galinu Undisculi de Ena et domno Sancio de Botiga et Gartia Lupi de Larota et illa domna domna Onneka de Maxonis, et illa domna domna Sancia, et presbiter Gamiza de Nabasquassi, et presbiter Galino de Nabasquassi¹¹ suo magistro presentem ibi, et omnes qui audierunt et viderunt quod pro singulos annos suo memoriale in Sancti Ihoannis faciant¹². Et illos

11 et presbiter Galino de Nabasquassi, *om. C.*

12 *BC, que copian con anterioridad lo que sigue (vid. nota 9), añade Et ego supradictus Sancius rex, una cum dompna et matre mea Eximina regina vel coniuge mea regina dompna Maiore seu cum omnibus filiis nostris hanc cedulam laudamus et confirmamus.*

Facta est carta ista deducens tempora supra scripta era M^a. LX. III^a., regnante Domino nostro Ihesu Christo in unitate Patris et Spiritus Sancti, et ego Sancius rex tenens culmen potestatis mee in Aragonie et in Pampilona et in Suprarbi et in Ripacurza, in Nagera, in Castilla et in Alava, comes Sancius Guillelmus in Gasconia, et comes Belengerius in Barchinona.

Ego presbiter Galino, de mandado domni mei regis Sancii et de senior Lope Alvarez et de sua uxore dona Blasquita hanc cartam scripsi.

D copia era T^a. LX^a. I^a.

meskinos non abuerunt¹³ nulla causa de alze-
mula, neque de carrio, non de secare, nec de
kabare, nisi pro rogu et precu. Et illos ostoles
sua hoste pectent, et illos kaficeros suos kaficis,
et illa parata sit inienua usque in seculum.
Et si quis omnis homo voluerit requirere, sit a
corpus et sanguinis Domini alienatus, et cum
Iuda traditorem abeat portionem, amen.

13 *Vid. la nota núm. 9.*

(Hacia 1025)¹

42

*Onneca, viuda de Atilio Orioli, recibe una
viña en Paul que ya había cultivado su marido.*

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 709, núm. 15,
visigótica.

¹ *Para la fecha, vid. que se cita el presbítero
Gamiza en el documento anterior.*

Sub Christi nomine et eius gratia. Hec est
cartula quem ego abbas Garsea Bragulio fieri
iussi ab confirmatione fatiendum proportiones
Sancti Martini episcopi et martiris Christi.
Venit Atili Orioli, nepotus meus et quesibit a
me una terra in Padule quod adviniasset ea,
et tenuisset ea in vita sua. Et ego dixi ad eum
“non possum ego hoc facere sine confratres
meas, quia grandis est portio monasterii. Nam
veni mecum et ego rogabo fratres meos et con-
siliabo cum eis et quomodo potuimus invenire
cum eis ita fatiamus.” Venerunt fratres et dix-
erunt “consentiamus ad abbate nostro, et demus
ipsa terra ad suo nepoto quod la fatia vinea, et
teneat in vita sua, et det ad monasterio ab
anno in anno sua decima, et teneat in sua vita
ipsa vinea et post obitum suum reddat eam
ad Sancti Martini”. Ita et fecerunt.

Et venit post obitum Atili Orioli sua mulier
domna Onneca, et dixit ad illos monesteriales:
“domnos meos, rogo vos ut detis ipsa vinea ad
me in vita mea, et ego siam ancillam vestram
in omnibus diebus vite mee”. Dixerunt fratres:
“fatiamus cominenza, et det ad nos firmes
quod teneat ea in sua vita, et det semper nos-
tro pasto, et post obitum suum tornet ea ad

Sancti Martini". Et dedit firmes domnus Fortunio de Capannas et Sancio Ambullati de Ortulo et Dato Mancii de Aramec et Iatone Aduari de Tolosana. Et sunt testes Garcia Enneconis de Ornate et presbiter Gamiza de Nabaskorre et presbiter Arnerus de Uranna, Fortunio Enneconis de Ortulo, Galinno Gartianes de Soriezi et Mancio Enneconis de Ornati, et alii multi testes qui non sunt scripti.

(1027)* 43

Sancho el Mayor y la reina Mayor dan a San Juan la casa de San Torcuato con sus terminos. de ? Ornel?

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 694, núm. 4, copia siglo XIII (B).

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 694, núm. 3, copia pseudo visigótica (C).

AHN, *Registro de Fray Miguel de Oloron*, folio 79 v.º (D).

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 28, p. 99-100, con fecha 1024.

1 *El documento aparece datado en 1024, pero debe producirse la conocida equivocación II = U, según lo indica la presencia del obispo de Pamplona.*

Magnus est donationis titulus, in quo nemo potest hactum largitatis inrumpere¹, se quicquid grato animo et prona voluntate offertur, oportet semper liventer amplecti. Et ideo ego Sancius, gracia Dei rex², cum coniuge mea regina³ dompna Maiore, previdentes extremitatem dierum nostrorum, expavescentesque gehennam, desiderantesque celica regna, adhibuimus ad locum Sancti Iohannis, ubi est spes ac fiducia nostra, unum domicilium qui vocatur Sancti Torcati⁴, et constituimus illi terminum in silvis ac montibus, et posuimus suas vogas ex omni parte: unam in directum intra illum⁵ rivulum qui venit de illum sotum de Ascam in iusum⁶, et cadit in Aragone, et exiit directum directum ad illa penna qui vocatur Aranya, et de illa penna directum directum ad capud de illo solano, que vocatur Arensa, et de caput de illo solano sera serra usque ad terminum que vocatur Capesçolas, et exiit ad fontem de illos Lavayos, et de illa fonte exiit a la uescha de

1 irumpe, C.

2 una cum domina et mater mea Eximina regina, vel, *add.* C.

3 regina, *om.* C.

4 Torquati, C.

5 intra illum, *om.* CD.

6 de] Ascare [et cadit, CD.

illa penna de fons de illas vineas de Pinellas⁷, et de la uescha paco paco exiit ad illum molinam, qui vocatur Torreslon Sancti Torcati.

Et adhuc dono et concedo illa padule tras Aragone cum meos campos et meas erbas per pascere de Lovierre en iuso, et adhuc dono et concedo⁸ in Sancta Curcella tres casas de illos meos mesquinos cum campis et vineis et cum omnibus suis directis, que ad ius regale pertinent et pertinere debent.

Facta⁹ sub era M.^a LX.^a et II, regnante rege

7 Pitellas, CD.

8 adhuc dono et concedo, om. CD.

9 CD om. lo siguiente, copiando en cambio: donationis et concessionis pagina era M.^a. LXII.^a., regnante Domino nostro Ihesu Christo in unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti, et ego Sancius rex tenens culmen potestatis mee in Aragone et in Pampilonia, in Suprarbi et Ripacorça, in Nagera et in Castella et in Alava. Ego vero Eximina regina, una cum filio meo rege dompno Sancio, qui hanc cartam scribere iussimus. testibus ac confirmatoribus tradimus ad roborandum. Ego regina dompna Maior hic testis et confirmans, Sancius Guillelmus comes de Gasconia testis et confirmans, Belengarius comes de Barchinona testis et confirmans, Garsea filius regis testis et confirmans, Gundissalvus frater eius testis et confirmans, Fredinandus frater eius testis et confirmans, Ranimirus frater eorum testis, et confirmans, senior Mome de Atares testis et confirmans, episcopus Mancius Aragonensis testis et confirmans, episcopus Sancius Pampilonensis testis et confirmans, abbas

domino Sancio in Aragone et in Pampilona, senior domino Mome in Atares, episcopus dompnus Mancius in Aragone, abas dompnus Paternus in Sancti Iohannis, dompnus Bradila in Sancti Torcati.

dompno Paterno Sancti Iohannis testis et confirmans, senior Fortunio Sangiz de Uno castello testis et confirmans, senior Lop Ennecones de Arrosta testis et confirmans, senior Fortunio Semenons de Altafayla testis et confirmans, senior Fortun Sangez de Caparoso testis et cofirmans, senior Acenar Fortunionis de Uuarte testis et confirmans, Garcia Fortunionis de Funes et de Arrieçu testis et confirmans.

Sig [signo] num Sancii regis.

Ego Velascho scriptor, iussione domni mei regis Sancii et Eximine regine hanc cartam scripsi et propria manu hoc signum [signo] feci.

(1027)¹. Pamplona 44
Sancho el Mayor da a San Juan de la Peña la villa de Lizagurria con sus términos.

AGN, *Cartulario Magno II*, p. 146-147.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 29, p. 103-104, con fecha 1024

1 La fecha debió copiar era M.LX.V., pues si se lee M.LX.II, sería incompatible con la mención del obispo Sancho de Pamplona.

In Christi nomine. Sit notum cunctis, quod ego Sancius rex, una cum domina matre mea Eximina regina et uxore mea dompna Maiora, filia Sancii comitis, bono animo et spontanea voluntate, per nos et omnes successores nostros, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et concedimus Domino Deo et eius gloriose genitrici virgini Marie et monasterium Sancti Iohannis de Pina, in Aragona provin[cia, nost]ra villa de Licagorria, cum omnibus terminis et pertinentiis suis, et hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis, cum montibus et planis, hermis et populatis sive laboratis, vallibus, torrentibus, cum aquis, rivis et fontibus, nemoribus, [garri]cis, lignis, erbis, pratis, pascuis et arboribus cuiuslibet generis, et omnibus redditibus et proventibus inde provenientiibus et proventuris, cum ingressibus et egressibus et afrontacionibus suis, et cum omnibus omnino iuribus et causis in prefata villa ad ius regale pertinentibus aut pertinere debentibus quocummodo, et omnibus etiam melioramentis que ibi fuerint unquam aut fieri poterunt ullo modo, et eius ecclesia parrochiali eiusdem ville et ecclesiis ibi constructis vel construendis, et in totos suos terminos ad habendum,

tenendum et in sana pace perpetuo possidendum, sine ullo nostro nostrorumque retentu et sine vinculo contrarietatis nostre et alterius cuiuslibet // viventis persone, per secula cuncta.

Facta carta donationis et concessionis pagina in Pampilona, era M.LX.II.^a, regnante Domino nostro Ihesu Christo in unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Sancius rex tenens culmen potestatis mee in Pampilona et Aragona, in Superarbi et in Ripacurcia et in Nagara, in Castilla et in Alaba. Ego namque Sancius, gratia Dei rex, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea hoc signum feci. Et ego dompna Eximina hanc cartam laudo et confirmo et hoc signum facio. Ego domina Maiora regina que ibi fui et de manu mea hoc signum feci. Et nos filii regis Ferrandus, Garseanus, Gendisalvus, Ramirus presentes ibi fuimus et manibus propriis hec signa fecimus.

Et ego dompnus Sancius, gratia Dei Pampilonensis episcopus, ad preces domini mei regis et Eximine regine et dompne Maiore uxoris regis, una cum consilio et asensu omnium archidiaconorum et omnium canonicorum meorum maiorum atque minorum, laudo et confirmo preffatam donationem do-

mini regis, et concedo sacrosanto altari Sancti Iohannis de Pinna, necnon etiam tibi abbati dompno Paterno et omnibus in dicto monasterio vitam ducentibus, sanctam ecclesiam de Licagorria cum omnibus ecclesiis que ibi constructe vel construende sint in toto termino, cum decimis et primiciis et oblationibus, quam etiam prompta voluntate offero et confirmo eam pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum, sicut iam supradictum est, sacrosanto altari Sancti Iohannis. Insuper etiam potestatem vobis dono super ecclesiam illam [roto] et alium intromittendi presbiterum quemque voluntas vestra quesierit, et omnem calumpniam illius et omne ius omnemque potestatem quamcumque ibidem episcopus debet habere, vobis concedo, excepto quod ad meum concilium et vocationem et dictus sit paratus. Quod si ego aut aliquis ex successoribus meis hanc cartam infringere quesiero vel quesierit, excommunicatus sit, et anima illius in profundum inferni cum Iuda participantur penam, et hoc factum meum maneat firmum in secula seculorum, amen. Signum Sancii, episcopi Pampilonensis, per se et per totu conventu.

Sancius Guillelmus comes de Gasconia tes-

tis et confirmans, Belengarius comes de Barchinona testis et confirmans, Mancius episcopus Aragonie testis et confirmans, abbas dompnus Paterno testis et confirmans.

Ego Belasco scriptor, iussione domini mei regis Sancii et Eximine regine et dompni Sancii episcopi Pampilonensis et omnium canonicorum suorum, hanc cartam scripsi et propria manu hoc signum feci.

1927

45

Don Bancio, don Lope, don García y don Galindo hacen varias donaciones de bienes sitos en Agüero al monasterio de San Juan.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 25.

Ed. PÉREZ DE URBEL, *Sancho el Mayor*, p. 420, núm. 68.

Scedula de domno Bancio et domno Lope et domno Garsea et domno Galindo de Agüero.

Sub Dei nomine et eius gratia. Hec est cartula quod iusserunt fieri domno Bancio et domno Lope et domno Garsea et domno Galindo, qui fuerunt de Agüero, et introierunt in

Sancti Iohannis, et miserunt illuc unusquisque de hereditatibus suis.

Domnus Bancius posuit una vinea in loco que dicitur Balle, et una terra in strata.

Et posuit domnus Lopus una vinea subtus circulo; et iuxta ibi in alio loco argenzata et media; et in Balle maiore, III argenzatas; et in solano de Balle maiore, II argenzatas et media; et in fronte de Sasso maiore, IIII argenzatas; et sub Sancti Stefani, una vinea; et super via, una argenzata; et una terra ante Sancti Stefani.

Et domnus Galinnu posuit una vinea in locum que vocant Basili; et alia in Balle maiore.

Et in Assu maiore posuit domnus Garcia et domnus Galinno VI argenzatas.

Domnus Bancio, clavero de rege, posuit una vinea in Valle; et domno Galindo molinero, in Assu maiore, II argenzatas: et, de molino, sua parte.

Et domnus Santio de Orkale misit una vinea in loco qui dicitur Sala, et suo torcularare.

Discurrente era T. LX. V., regnante rex Santius in Aragonia et in Pampilonia et in Castella.

(1028) ¹ enero 8 46

Sancho el Mayor dona e ingenua el monasterio de San Clemente de la Valçepollera al presbítero Atón.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 696, núm. 5, pseudo visigótica.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 30, p. 106-107, con fecha 1025.

[*Crismón.*] Sub nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Sancius rex, una cum domina et mater mea Eximina regina, et dompna Mayore coniuge mea, tibi Ato presbitero meo, propter quod ex infancia tua michi optimum servicium fecisti, placuit michi et spontanea evenit voluntas in corde meo, ut facerem tibi hanc cartam donationis et ingenuationis de illo meo monasterio qui vocatur Sancti Clementis de Val çepolera, ab omni integritate dono tibi eum, cum kasales et cum terras et vineas, et cum omnibus terminis suis et aquis et paludibus, et cum totum suum directum vel omnia sua pertinencia, herema et populata, que ad

¹ Para la fecha téngase en cuenta que el 8 de enero de 1025 fue viernes, y no lunes. El 8 de enero de 1028 cayó en viernes. Se ha producido la frecuente confusión II = U.

iam dictam ecclesiam pertinent vel pertinere debent, quam ingenuam habeas illam tu et cui dimittere volueris, per secula cuncta.

Et est terminum eiusdem monasterio Sancti Clementis scilicet de la serra de la cruz qui dividit terminum cum Ivozar infra, cum aqua vertit et tenet usque serra de Lalberum qui dividit terminum con Ipasa, et ex altera parte qui dividit terminum con villa Novella, et ex altera, terminum con Bescos, sicut aqua vertit in intro. De hoc quicquid facere volueris, fiat voluntas tua.

Si quis autem, quod fieri minime credo, de mcis filiis aut nepotis sive propinquis, vel quilibet homo hunc meum testamentum factum disrumpere temptaverit, descendat super eum ira Dei, et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore abeat porcionem, amen.

Facta carta donationis die II.^a feria, VI idus ianuaras, in era T.^a LX.^a III.^a, regnante Domino nostro Ihesu Christo et sub eius imperio rex Sancius in Aragone et in Pampilona, in Suprarbi et in Ripacorza, in Castilla aut etiam in totam Gasconiam, Mancius episcopus in Aragone, Sancius episcopus in Pampilonia, Arnolfus episcopus in Ripacorza.

Signum [signo] Sancii regis.

Ego Velasco, iussu domini regis Sancii, hanc cartam scripsi et hoc signum [signo] feci.

(1028) ¹ abril 21. Leite 47

Sancho el Mayor introduce la norma benedictina en el monasterio de San Juan de la Peña.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 4 v.^o-6 v.^o (B).

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 112 (C).

Ed. MACALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 32, p. 110-112, con fecha 1025.

De introitu ordinis beati Benedicti in Sancto Iohanne.

Sub nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est scedula quam ego Sancius gratia Dei rex feci, una cum domina et matre mea regina Eximina, nesciens extremum dierum meorum, desiderans finem boni operis. Etenim visum est michi ita per plurima loca beati Benedicti

¹ El documento aparece datado en 1025. Debe producirse la consabida equivocación de II = U, pues en 1025 no era señor de Nájera Buen Padre. El 21 de abril de 1028 fue domingo.

fugere normam, huiusmodi cepi nostra in regione ordinare aulam beatissimi Iohannis Baptistae, quod nuncupatur de Penna, ubi tumultantur parentum meorum corpora, expellendo ab hac secularium ac vane viventium omnia delectamenta, meminens illud quod dicit Scriptura: "Omnes homines bonos et iustos debere amare, et omnes mala facientes respuere"; et iterum, "qui diligitis Dominum, hodie malum" (Ps., 4, 96); "hodie habui congregationes // malignantium et cum impiis non sedebo" (Ps., 25, 5). Ob hoc igitur cupiens in iam supradicto monasterio Sancti Iohannis Baptistae confirmare et congregare sancte regule digniter beatam monachorum viam ac vitam, congregatis monachis, communi electione elegimus patrem Christi servorum Paternum abbatem, qui prefatus abba, antequam advocatus fuisset ad ordinem abbatis, sedebat remotus a seculo multo iam tempore cum sociis suis.

Deinde, audiens laudabilem famam Cluniacensis monasterii, et videns quia ardor divini operis refrigerabat in ista Hispania, cupiens, velut apes prudentissima, fructus bonos facere, adhortans secum alios qui erant inflammati spiritu Dei, et sequentes sanctum Evan-

gelium, ubi dicit: "si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, et da pauperibus, et veni, sequere me" (Matth., 19, 21); et illud quod Dominus dixit ad Abraam: "exi de terra tua et de cognatione tua, et vade in terram quam tibi monstravero" (Genes., 21, 1). Talibus preceptis edocti, vendentes omnia sua, divina gratia eos precedente, perrexerunt illuc cum nimio honore; at ubi pervenerunt illuc, videntes quod ad talem locum divina pietas eos perduxisset, glorificaverunt Deum.

Ego vero Sancius rex afflictus eram nimio tedio quia, me derelicto, ad alia loca migrassent, et direxi ad venerabilem Odilonem, abbatem eiusdem Cluniacensis monasterii, sub cuius regimine degebant, rogans ut pro sua magna misericordia miteret eos ad me, // et ego tam illi quam et ipsis, prout posse michi dominus daret, servirem. Ille vero, ut erat clemens, consentit, et direxit eos ad me, et venientes ad me, dedi illis suprafatum monasterium Sancti Iohannis cum omnibus villis vel monasteriis suis, que miserunt ibi parentes mei vel que pro animabus suis obtulerunt ibi alii boni viri, et corroboravi ut ipsi et successores eorum secundum legem et consuetudinem

quam Cluniacense monasterium habet, habeant, et ab illa nullus eos abstraat.

Ad hoc, videns, quia Dominus sine meis meritis concederet michi tam grande regnum atque securum, volui aliquid addere, et dedi eis Vagilo cum omnes suas villas, sicut est scriptum in alia scedula, et Nabasal monasterium, cum suis villulis et alodiis et montibus, et cum omnibus suis pertinentiis, ut ubi deserviant ad victum et vestitum monachorum ibi Deo deservientium.

Tu autem iam dictus abbas Paternus, omnibus diebus vite tue sic stude curam animarum disponere, quatinus a pio Domino inmarcescibilem coronam merearis accipere. Denique, post obitum tuum, subditi et successores tui quemcumque abbatem secundum timorem Dei sibimet eligere voluerint, liberam habeant potestatem.

Nequaquam sane aliquis meorum successorum, filiorum vel nepotum vel extraneorum, aliqua regalis vel etiam quelibet alia minor potestas audeat locum hunc inquietare, vel iniuriam monachis ibi habitantibus facere, aut hec mea precepta supra scribta disrumpere, et suo brachio abbatem constituere, sed tan-

tummodo cum auctoritate regule ordo preponatur abbatis.

Nam siquidem ex personis regum vel potestatum vel quorumlibet successorum huius sancte regule vita vel via magis magisque causa rectitudinis augmentare potuerit, valeat, amen. Qui autem absque auctoritate sancte regule ob quamlibet occasionem nostrorum subditorum aliquis vel qualibet persona detrimentum malicie hinc seu illinc aliter inferre conaverit, anathematizetur. Si quis autem, quod absit, meorum propinquorum vel extraneorum hec mea conscripta disrumpere temptaverit, anathematizetur; insuper cum Iuda traditore in tartaro inferni obtineat portionem, amen, et cum XI principes qui omnes sanctos martires fuerunt persecuti, cum ipsis abeat mansionem et cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbit.

Facta confirmationis pagina era T. LX. III.º, XI.º kalendas maias, in Legere monasterio, regnante ego rex Sancius in Aragonie, in Paliaris, in Panpilonia, in Alaba et in Castella.

Ego vero Eximina regina, una cum filio meo rege domino Sancio, qui hanc cartam scribere iussimus, testibus ac confirmatoribus tradimus ad roborandum.

Sancius Guielmus comes de Guaskonia hic testis et confirmans, Velingerus comes de Barchinona testis et confirmans, // Garsea filius regis testis et confirmans, Ranimirus frater eius testis et confirmans, Gundesalbus frater eius testis et confirmans, Fredenandus frater eorum testis et confirmans, episcopus Mancius Aragonensis testis et confirmans, episcopus Sancius Pampilonensis testis et confirmans, senior Fortunio Sangiz de Uno castelo testis et confirmans, senior Lope Ennecones de Arrosta testis et confirmans, senior Scemeno Garzez de Sosi et de Boltanga testis et confirmans, Bono Patre de Nagera testis et confirmans.

(1028) ¹ abril 21. Leire 48

Sancho el Mayor concede al monasterio de San Juan de la Peña el monasterio de Fontfrida con sus villas.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 696, núm. 6, copia pseudo visigótica.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 33, p. 115-116.

1 *Vid. la nota núm. 1 del documento anterior.*

[*Sancius rex.*] Sub nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est scedula quam ego Sancius, gratia Dei rex Aragonensium et Pampilonensium, facio una cum domina [matre] mea regina Eximina et coniuge dompna Maiore mea, nesciens extremum dierum meorum, desiderans finem boni operis. Et verum visum est nobis ita per [plurima] loca beati Benedicti fulgere normam, ideoque cepimus monasterium Sancti Iohannis Baptiste, quod de Penna dicitur, diligere multum, ubi tumultantur [parentum] meorum corpora. Denique, recordati sumus illud Domini dicentis in Evangelio: "Domus mea oracionis est domus, vos autem fecistis illam spe[luncam] latronum" (*Luc.*, 19, 46). Per istum sermonem multum timuimus et timere debemus, et idcirco vidimus illum locum bonum et amenissimum ad habitantium mona[chorum] qui dicitur Fontis frido. Ob hoc ego Sancius, gratia Dei rex Aragonensium et Pampilonensium, una cum domina et matre mea Eximina regina vel coniuge mea regina dompna Maiore seu cum omnibus filiis meis Garsea et Gundesalbus et Fredenandus sive Ranimirus, bono animo et spontanea voluntate, offerimus in Sancti Iohannis Baptiste monasterium, quod dicitur Sancte Marie Fon-

tis Frigido, cum villis Ovelba, Focheco ¹, cum omnibus terminis et pertinenciis suis et hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis, cum montibus et planis hermis et populatis sive laboratis, vallibus, torrentibus, cum aquis, fontibus, nemoribus, garricis, lignis, erbis, pratis, paschuis et arboribus cuiuslibet generis et omnibus redditibus inde provenientiibus et proventuris et cum ingressibus et egressibus et affrontacionibus suis, scilicet, totum montem usque in montem que dicitur Garonam, et perrexit ipsam dreyturam usque ad montem qui dicitur Ogili, et alia dreytura usque ad Eyto curbo, et de inde tota corona de Sase usque ad castellum Betauni, de inde usque ad Lupercas castiello, de inde usque ad Catarecta, de inde a Cotella et perrexit usque ad sumum de Orba, et cum omnibus omnino iuribus et causis in prefatis villis ad ius regalem pertinentibus, o pertinere debentibus quocumque modo et omnibus etiam melioramentis que ibi fient unquam, o fieri poterunt ullo modo ad habendum, tenendum et in sana pace perpetuo possidendum, sine ullo nostro

¹ Hay un raspado, habiéndose eliminado una palabra.

rumque retentu, et sine vinculo contrarietatis nostre et alterius cuiuslibet viventis persone, per secula cuncta.

Facta donacionis et confirmacionis pagina era T.^a LXIII.^a, XI.^o kalendas maias, in Legere monasterio, regnante Domino nostro Ihesu Christo in unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti, et Sanctius rex tenens culmen potestatis mee in Pampilona et in Aragone, in Suprarbi et in Ripagorza, in Nagera et in Castella et in Alava.

Et ego namque Sancius, gratia Dei rex, qui hanc cartam fieri iussi, de manu mea hoc sig [signo] num feci. Ego dopna Eximina regina hanc cartam laudo et confirmo, et hoc sig [signo] num facio. Ego dopna Maiora regina presens ibi fui et de manu mea hoc sig [signo] num feci. Et nos Garsea et Gundesalbus et Fredenandus sive Ranimirus, filii regis, presentes ibi fuimus, et de manibus nostris hec sig [signos] na fecimus.

Si quis autem ex successoribus meis hanc cartam infringere quesierit, excommunicatus sit, et anima illius in profundum inferni cum Iuda participetur pena, et hoc factum meum maneat firmum in secula seculorum, amen.

Sancius Uillelmus comes de Gasconia hic

testis et confirmans, Velingerius comes de Bar-
chinona testis et confirmans, episcopus Man-
cius Aragonensis testis et confirmans, episco-
pus Sancius Pampilonensis testis et confirmans,
senior Fortunio Sangiz de Uno castello testis
et confirmans, senior Lope Enecones de Arro-
ta testis et confirmans.

Ego Velasco scriptor, iussione domini mei
regis Sancii et Eximine regine et filiorum eius,
hanc cartam scripsi et manu propria hoc sig-
[signo] num feci.

1029 julio 7

49

*Doña Oneca prohija al rey Sancho el Ma-
yor y a la reina Muniadona, señalando los
bienes que tenía.*

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 696, núm. 13,
original.

[Crismón.] In Dei nomine. Ego Onneka
vobis rege domno Sanctio et regine domna
Monia domna. Magnus quidem est titulus do-
nationis, in qua nemo potest hactu largitatis

inrumpere ut ea donatori increseat amoris et
bene pariendi votum adcumulet muneris, et
quod prona voluntate offertur liventer devet
esse amplecti. Ob inde ego Onneka, nullaque
cogente necessitate nec ullum casum formi-
dante, sed propria et spontanea mea voluntate,
facio vobis rege domno Sanctio et supra dicta
regina hanc cartam profiliationis hac donatio-
nis de meas hereditates quas abeo in terretorio
de Castilla, id est villis hac villulis cum
omnibus prestationibus suis, nominibus earum
vel ut vulgo vocabulo offertur. Id est, Matrikal
integra cum palatiis et edificiis et ominibus
servientibus et omnia que ad ipsam villam
pertinet; et villas que ad Matrikalem deser-
biunt, id est Pila integra, et meam portionem
in Foliosa, et meam portionem in Frescinosa.
Has villas in terretorio de Monnio. In Fonte-
aurea de Agusin, meam portionem cum pala-
tiis hac domibus, et villas quod ibi serviunt.
In Mutuam, meam portionem. In Quintana
Sicca, meam portionem. In Cupiellu meam
portionem, et in alio Cupiello, meam portio-
nem. In Tribinio, in villa de Iççare meam
portionem, cum palatiis hac domiciliis; et
villam quem dicunt Ribadevias integra, cum
suo monasterio que est in territorio de illa

Petra; et in territorio de Clunia, in Riba de Arabuç, villa Fonteaura integra, cum palatiis et omnem augmentum suum, et ibidem et alia parte supra fati fluminis. In altera Fonteaura, meam portionem; et in villa Torreziella, meam portionem, et in Valneos huius territorii, meam portionem. Et in Quintana de Sancti Mames meam portionem. Et in Zellariolo de Pineta, meam portionem, et in Cucullus, meam portionem; in territorio de Zerusio, in villa de Sancti Christofori, meam portionem, cum palatiis et omni rem que ibi pertinent; et in Quintaniella de Riba de cortizis, meam portionem, et infra ipso territorio, in Ruteçiella, meam portionem; et villa quem dicunt Valle de Gomeç integra. In Piniellos et Spinosa et in Castrello de Muça, et in Dayco, et in vila de Nonno, in omnes has villas que supra taxate sunt, cum omnibus augmentis suis, tam de emptionibus quam de profficationibus meis, cunctam portionem meam, sic in terris quomodo et in vineis, in mulinis cum aque ductilibus suis, in fluminibus quod iuxta illas villas sunt, tam populatum quam etiam et pro popolare in montibus, in fontibus, exitus atque regressus.

Ipsam meam portionem supra dictam, ab

omni integritate, trado vel dono ego Onneka vobis regi domno Sanctio et coniuge vestra regina domna Monia domna, ut abeat illud vos et filii vestri et omnis progenie vestre perpetuum abiturum. Post obitum vero domne Onneke quicquid ex inde facere vel iudicare elegeritis, vestra sedeat digna considerantia. siquis tamen, quod fieri minime credo, contra hanc scripturam donationis ad dirumpendum venerit, an filii seu heredibus vel quislivet homo quod hec conatus fuerit confringere, pariet vobis regi domno Sanctio partique vestra ipsas villas supra dictas vel ut superius resonat, dupplatus simili modo iuxta ipsum territorium, insuper et auri talenta duo, et hec scriptura donationis in omni robor plena et inconvulsibilem abeat firmitatem.

Facta carta donationis scripture die II feria, ipsas nonas iulias, era M^a. LXVII^a., regnante gratia Dei, principe nostro domno Sanctio et prolis eius Fredenandus comes. Ego Onneka in hanc cartam donationis vel profiliationis quam fieri iussi volui et coram testibus manu mea hunc [*signo*] roborabi. Nunnu Asurez et Gondesalbus Petriç et Fredenandus Petriç et Nunnu Gundesalbeç et Alfonsus Albareç hic

testes sumus et manus nostras [*signos*] roborabimus.

Et quod presentes ibi fuerunt in concilio de Burgus hic roboraverunt, id est, Gundesalbus Didaç et Roderico Gundesalbez et Roderico Godestioç et Gutier Adefonsi et Monnio Adefonsi preses ibi fuimus et manus nostras [*signos*] roborabimus. Iulianus episcopus confirmans manu mea [*signo*] roborabi.

Velasco scripsi. Annaia Lop Atones confirmans.

(1020 - 1030)¹

50

Urraca Jiménez compra varias casas en Biescas.

FDZ, *Libro Gótico*, fol. 42-43, copia siglos XI-XII.

De domibus de Biescasa.

Sub Christi nomine. Hec est scedula de illas kasas de Bieskasa quas emi ego Urraka

1 Para la fecha sólo tenemos como base la mención de Fortún Jiménez, como señor de Tafalla, que se documenta en 1027.

Eximinonis, pro iussione regis domni Garseani et regina domna Urraka et regina domna Eximina et rex domno Gondesalvo, pro iudicium de seniore Fortunio Eximinonis de Tafalla et senior Eximino Sancionis de Sanguassa et senior Fortunio Gartianis de Agibare et senior Santio Fortungonis de Maragon et senior Sancio Enneconis de Uncite et senior Garsea Gideriz de Yggori et senior Sancio Galindiz de Orezange: C mensuras ad illa domna domna Sancia de Leguin; sex bakas cum suos betiellos a seniore Furtunio Kardelli de Izkage; IIII arietes cum proprios fetus a senior Lope Garzeis de Artieda in Longida; XL mensuras a seniore Azenare Gutia de Atarese in Ogarren monasterio; XXX metros a seniore Galindo Enneconis de Arrigulus, in Ena de Berale; XXX metros ad illa domna domna Endregoto in Bernuasse; L solidos de argento ad rege in Ozote de Bagilo; LX solidos ad Didaco Agaziz de Bekera botilgero de rege domno Sancio maiore; VII equas ad Bellito iudeo maiore de kastro quo vocatur Iaka frater enim fuit de iudeo qui vocatur Azaka.

Senior Ato Gartianis de Morkato et senior Sancio Enneconis de Surta testes. Et senior Garsea Furtunionis de Espuanduras et senior

Eximino Mangonis de Masconis testes. Et senior Enneco Galindonis de Artieda et senior Asnare Galindonis et frater illius testes. Et senio Galindo Enneconis de Arrigulis et senior Ato de Osieto testes. Et senior Lope Albariz de Kakaviello.

1030

51

Sancho el Mayor da al monasterio de San Juan de la Peña un palacio en Ipas, con sus heredades.

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 696, núm. 15, copia pseudo visigótica del siglo XIII.

Ed. MAGALLÓN, *Colección diplomática*, núm. 36, p. 122-123.

[*Sancius rex.*] Protectorem omnium Dominum humiles ac devoti suppliciter exoremus, ut, ipso docente ac protegente, sic transeamus per istorum temporum spacia, [q]ua[liter] non amitamus eterna. Denique ego Sancius rex, una cum voluntate matris mee Eximina regina, ob amorem Dei atque metum inferni et desiderium patrie celestis, damus et concedi-

mus Deo et Sancto Iohanni de Pinna, pro remedio animarum nostrarum, unum palacium in Ypasa, cum hedificiis cunctis et cum omni pres-tacione loci ipsius, et cum tota hereditate quam habemus ibi herma et populata, totam ab integro; et cum omni decimacione in omni integritate, sicuti iuri nostro debitum mansit vel manere debet, ut ibidem perpetualiter maneat abitura ibidem Deo serviencium pro animabus nostris.

Et quicquid exinde facere vulerint seniores Sancti Iohannis, firmissimam habeant potestatem.

Fecimus namque scribere terras et vineas nominatim. Est vinea una in Coronella, et alia ad illo moron; et tenet una terra de illo cal usque ad illa terra de illos seniores, et illo linar de super illas moras, et tenet in longum de illa via usque ad illa zequia; alia terra est desuper, et tenet in longum a zequia usque ad illa Vallella; alia terra de summo via, et est inter illas terras de illos seniores; alia terra in illas petrosas de Ypasa, et tenet de una corona ad altera; alia terra est in illas petrosas de Sancta Engracia, et tenet de illa corona ad altera; alia terra in illo campello de Ypasa, et tenet de illa via usque ad illa padul; alia terra

ad pasada de rigo de Sancta Engracia, et tenet in longum de illo rigo usque ad illa corona; alia terra est a Rimonillello, et tenet de illa via ad illo rigo.

Hoc totum damus et concedimus suprafato monasterio ab integro, cum exitu et regressu, ab aqua de fonte usque al herbam de monte, ut habeat et possideat sine ulla inquietudine alicuius persone. Quam tamen scripturam confirmamus per Deum et regnum glorie.

Quod si quis ex genere nostro aud ex regibus vel aliis potestatibus, parentum vel filiorum seu nepotum aud generationum nostrarum vel aliorum quislibet homo contra hanc nostram scripturam donationis et concessionis aliquid agere intenderit aud inquietare conaverit pro quolibet modo vel argumento, sit reus et particeps cum impiis et sceleratis et condemnatus in iudicio Domini nostri Ihesu Christi, ut videntes metuant, audientes contremiscant, factores terreantur.

Facta donationis et concessionis pagina era T.LX.VIII^a., regnante Domino nostro Ihesu Christo in unitate Patris et Spiritus Sancti. Et ego Sancius rex tenens culmen potestatis mee in Aragone et in Pampilonia, in Suprarbi et in Ripacorza, in Nagera et in Castella et in Alava.

Ego autem Sancius rex propria manu hanc cartam signavi hoc sig [*signo de Sancho Ramirez*] no. Ego vero Eximina regina, una cum filio meo rege domno Sancio, qui hanc cartam scribere iussimus, testibus ac confirmatoribus tradimus ad roborandum, et hoc signo sig [*signo*] navi propria manu.

